cogitationes in iudicio exquiri
Rom. 2.c. subtiliter non ignorat Paulo at
testante qui ait. Inter semmicem
cogitationū accusantiū aut etiā
defendētiū sementim introitus
discutiens: ante iudiciū vehemē
ter examinat/vt districti⁹ iudex
eo iam tranquillius veniat: quo
reatum suū quē discutere appe
tit/iam pro culpa punitū cernit.
B Uñ recte subiungit. ¶ Nonne
Que re quirat eum deus desuper. Re
quirit deus que iudicando discu
tit: non requirit que ignoscendo
in suo iaz iudicio impugnita de
reliquit. Hic itaq; dies. i. hec pec
cati delectatio a dño nō requirit
1. Coy. 11.g. si aduersione spontanea punit
Paulo attestāte qui ait. Si nos
metipos dijudicaremus: nō vti
q; a dño iudicaremur. Deo ergo
diem nostrū requirere est contra
mentē nostrā subtiliter in iudi
cio omne q̄ de culpa gratulat
admissum est vindagare. In qua
re quisite scz requisitione illū tunc seueri⁹
percutit: que sibi nunc mollius
peperisse deprehendit. Bene aūt
sequitur. ¶ Et non illustretur
lumine. In iudicio namq; dñs
apparens omne q̄ tunc redargu
it/lumine illustrat. Quasi ēm
sub quadā obscuritate tegitur:
quicquid tunc in memorā iudi
Ephe. 5.c. cio nō revocat. Scriptū quippe
est. Dia autem que arguunt: a lu
mine manifestant. Quasi que
dam tenebre peccata penitentiū
Pā. 31. a. abscondūt: de quibus per pphe
tam dicitur. Beati quoz remisse
sunt iniquitates: et quorum tecta
sunt peccata. Quia ergo offe q̄
tegitur velut in tenebris occulta
tur: in die extremi iudicij non
illustratur lumine/q̄ non discu
titur vltione. Actus namq; nos
tros quos tunc iuste punire no
luerit: ipa sibi aliquo modo scīēs
diuina misericordia abscondit.
In lumine vero ostendit: quic
quid tunc in conspectu omniū
demonstratur. Hic ergo dies ver
titur in tenebras: vt videlicet oc
quod delinquimus / nos per pe
nitentiam feriamus. Hunc die
dñs non requirat/et lumine non
illustret: vt scz nobis culpam no
stram ferientibus/ipse hanc ex
tremi iudicij aduersiōe nō in
crepet. Ipse aūt iudex vēturus
est qui cuncta penetrat / cuncta
perstringit. Qui q; vbiq; est: lo
cus quo fugatur non est.

¶ Capitulum. xiv.

Sed q; correctionis
nostre flectibus pla
catur: sol⁹ ab illo lo
cum fuge inuenit/q̄
post perpetratā cul
pam nunc se in pe
nitentia absondit. Unde et aper
te adhuc de hoc delectatiōis die
subiungit. ¶ Obscurent eū te
nebre et vmbra mortis. Dic pro
fecto tenebre obscurāt q̄ delec
tatione mentis inflicta pnie la
menta transuerberant. Possunt
etiam per tenebras occulta iudi
cia designari. In luce nāq; q̄ vi
demus agnoscimus: in tenebris
vero aut oino nihil cernim⁹: aut
imerito visu caligamus. Occulta
ergo iudicia quasi quedā ante nos
tros oculos tenebre sunt: q; per
scrutari nequaq̄ pñt. Unde et de
deo scriptū est. Posuit tenebras
latibulū suū. Et q; absolui non
meremur agnoscimus: sed pcue
niēte nos diuina gra p ei⁹ iudi
cia occulta liberamur. Dies igit
tenebre obscurāt: cū fidē nre de
lectationis gaudiū/ab illo iuste
aduersionis radio inscrutabi
lia ei⁹ iudicia misericorditer oc
cultant. Ubi et aptē subiungitur.
¶ Et vmbra mortis. ¶ Lectū
est scriptura ēm sacra
vmbra mortis aliq̄n
obliuio mentis accī
pitur: aliq̄n imitatio
diaboli; aliq̄s mors

Vmbra mortis

carnis. Umbra ēm mortis obli
uio mētis accipit: q; et vt superi⁹
dixim⁹: sicut mors hoc q̄ interfi
cit agit vt non sit in vita: ita et
obliuio hoc q̄ interficit agit vt
non sit in memoria. Unde et re
cte q; Joannes hebreoz populo
eū cui⁹ obliti fuerāt deū predi
Luce. 1.g. care venīebat: per Zachariā dr.
Illuminare his qui in tenebris
et in vmbra mortis sedēt. In vm
bra ēm mortis sedere est a diuini
amoris noticia in obliuione la
cessere. Umbra mortis imitatio
Apoc. 6.b. antiqui hostis accipit. Ipe enim
q; mortē intulit / mors vocatur:
Joanne attestante qui ait. Et no
men illi mors. Per vmbram igi
tur mortis ei⁹ imitatio designa
tur: q; sicut vmbra furta qualita
tem corporis ducitur: ita actiōes
iniquoz ad speciē imitationis
eius erpimunt. Unde et recte
Esa. 9. a. Esaias cum gentiles populos in
antiqui hostis cerneret imitatio
ne defecisse/coīq; ad veri solis oz
tum resurgere: que certo futura
cōsiderat quasi ex preteritis nar
rat dicens. Sedentibus in tene
bris et vmbra mortis: lux orta est
eis. Umbra ēm mortis/mors car
nis accipitur: q; sicut vera mors
est qua anima separat a deo: ita
vmbra mortis est: qua caro sepa
rat ab asa. Unde recte voce mar
Pā. 43. a. tyrum per prophetā dicitur. Hu
miliasti nos in loco afflictionis:
et operuit nos vmbra mortis.
Quos ēm cōstat non spiritu/sed
carne mori: nequaq̄ se vera
morte/sed vmbra mortis dicunt
oppīri. Quid est ergo q̄ dñs Job
ad obscurandū diem prave dele
ctationis postulat vmbram mor
tis nisi q̄ ad delenda peccata an
te dei oculos/ dei et hominū me
diatorē requirit: qui solā pro no
bis morte carnis susciperet: et ve
ram morte delinquentiū per vm
bram sue mortis deleret. Ad nos
quippe venit/qui in morte spiri
tus carnisq; tenebamur: vnā ad
nos suam morte detulit: et duas
nostras quas reperit solvit. Si
ipse vtrāq; susciperet: nos a nul
la liberaret. Sed vnā misericor
diter accepit: et iuste vtrāq; dāna
uit. Simplā suā duple nostre cō
tulit: et duplā nostrā mortis sub
egit. Unde et non immerito vno
die in sepulchro et duabus noctī
bus iacuit: q; videlicet luces sue
simple mortis / tenebris duple
nostre mortis adiunxit. Or ergo
solam pro nobis mortem carnis
suscepit vmbram mortis pertu
lit: et ad dei oculos culpā quam fe
cimus abscondit. Dicatur igitur
recte. Obscurent eum tenebre et
vmbra mortis. Actī aperte dice
retur. Ille veniat/qui vt a morte
carnis et spīritus debitores eri
pīat: mortem carnis non debēs
soluat.

¶ Capitulū. xv.

Nullis pecca tū dñs inultū relaxat

Sed q; nullū peccatū
dñs inultū relaxat
aut ēm nos hoc fien
do insequimur / aut
ipse iudicādo: restat
vt ad emendationē suā semper
mens solerter inuigilet. In quo
ergo sibi q̄sq; misericorditer sub
uenīri desiderat: hoc necesse est
vt confiteno tergat. Unde et apte
subiungitur. ¶ Occupet eū ca
ligo. Quia ēm in caligine ocu
lus confunditur: ipsa per penitē
tiam mentis nostre confusio ca
ligo nominatur. Nam sicut cali
go nebulosa congerie obscurat
diem: ita cōfusio perturbatis co
gitationibus obnubilat mentē.
De qua per quendā dr. Est cōfu
sio adducens gloriā. Cum ēm ad
mentē male gesta penitendo re
ducimus: g̃ aut mor merore cō
fundimur. Perstrepit in alo tur
ba cogitationū: meror perit/an
xietas deuastat / in cruna mens
vertit: et quasi quodā nubilo cali
ginis obscurat. Hec nāq; caligo
cōfusionis eorum mentē salubri
ter oppīserat: q̄b⁹ apls dicebat.
Quē ēm fructū habuistis tūc i il
lis: i q̄b⁹ nūc erubescit. Hūc er
go pticulā caligo occupet. i. blan

Ecci. 42. c.

Rom. 6.d

dimentū nequitie affluctio pnle
digno meroze perturbet. Unde r
apte subiungit. ¶ Inuoluatur
amaritudine. Dies eſſi amaritu
dine inuoluit: cum ad cogitatio
nem mente redeunte: peccati re
dimenta cruciatus pnle sequit.
Diem amaritudine inuoluim?:
cum praue delectationis gaudiū
que supplicia sequanť aſpicim?:
r aſperis hoc flectibus circūdamus. Quia eſſi hoc qđ inuoluitur
ex latere oſis partis operiť: inuol
ui dies amaritudine opať: quate
nus que mala incorrectis immi
nent: er omni parte quiſq; con
ſpiciat: r voluptatis fue laſciuiā
triſtitie lamentis tergat. Sed ſi
dīē quā peccati delectationē d
ximus: tor impetri precibus audi
uimus: vt videlicet circūdantes
fletus erpiēt quicqđ delectatus
per negligentiā anim? deliquit:
ōpta ađuersione pnle hui? dici
nor ferenda eſt: vt videlicet ipſe
iam conſensus ad culpā: Sicut
eſſi minoris culpe eſt: cum carna
liter mēs in delectatione rapiť:
ſed tū delectatiōi ſue per ſpīm re
luctať: ita grauioris et plene ne
quitie eſt ad petī illecebrā nō ſo
lum delectatione pertrahi: ſed
etiā p ſenſu famulari. Tanto igiť
acriori manu pnle mens a pollu
tione tergenda eſt: ōpto ſe per cō
ſenſū conſpicit ſordidius inquinatam. Unde et apte subiungit.
¶ Noctē illaz tenebroſus tur
bo poſſideat. Quaſi eſſi quidam
turbo tempeſtas eſt: concitatus
ſpīritus meroris. ſiam dum pec
catū quiſq; qđ fecit intelligit dū
praualitatis ſue nequitiā subtiť
penſat meroze mentem obnubilat: r quaſi concuſſo ſerene letitie
uere omnē in ſe tranquillitatem
cordis penitentie turbine deuaſtat. Niſi eſſi recognoſcentē ſe ani
mum iſte turbo contereret: ne
quaq; propheta diriſſet. In ſpīri
tu vehementi contteres naues
tharſis. Tharſis quippe erplora
tio gaudiū dicitur. ¶ Ca. xxii.

Sed cū vehemēs pnle
ſpūs mentē occupat
oēm in ea erplorationem reprehenſibilis
gaudiū perturbat: vt
nihil eſt iā niſi flere libeat: nihil
niſi qđ ſe terrere poſſit attentat.
Ponit nāq; ante oculos illic di
ſtrictionē iuſtitie: huic meritum
culpe conſpicit: quo ſupplicio di
gna ſit: ſi parentis pietas deſit: q̄
per lamenta preſentia ab eterna
eruere pena cōſueuit. Spūs ergo vehemens tharſis naues con
terit: cum viſi cōpunctionis valida mentes noſtras huic mundo
quaſi mari deditas ſalubri terro
re confundit. Dicatur ergo. Noctem illam tenebroſus turbo poſ
ſideat. i. perpetrationē culpe nō
blandimenta ſecure quietis fo
ueant: ſed pie ſentiens amaritudo penitentie irrumpat. Sciendum vero eſt qz cum peccata im
punita relinquimus a nocte poſ
ſidemur: cū vero hec animaduer
ſione penitentie plectimus: ni
mirum nos noctē quā fecimus
poſſidemus. Sed tūc peccatum
cordis ſub iuris noſtri poſſeſſio
ne reducit: ſi cum incipit repri
matur. Unde r diuina voce cal
pzaua cogitanti dicitur. In foris
bus peccatū tuū aderit: ſed ſub
te erit appetitus tuus r tu domi
naberis illius. In foribus quip
pe peccatū adeſt: cum in cogita
tionib? pulſat. Cuius appetitus
ſubter eſt: eiēh homo dominabiť:
ſi cordis nequitia inſpecta citi?
premať: r primuſq; ad duritiā cre
ſcat relictanti: menti ſubiunga
tur. Ut ergo delictū ſuum citius
animus ſentiat: r culpe tyranni
dem ſub iure ſuo penitendo re
ſtringat: dicatur recte. ¶ Noctē
illam tenebroſus turbo poſſi
deat. Aſi aperte dicat. Ne capti
ua mens culpe ſeruiat: culpā a
penitentia liberā nō relinquat.
Et qz qđ flendo inſequimur: ne
quaq; nobis a venturo hoc iudi
cio obſtet certi ſperamus. Bene

ſubditur. ¶ Non cōputetur in
dieb? anni nec numeretur in
menſibus. Illuminationis no
ſtre annus tunc perficiť: qñ ap
parente eterno iudice: ſancte ec
cleſie peregrinatiōis ſue vita cō
pletur. Tunc laboris ſui remune
rationē recipiť: cum erpleto hoc
belli tpe ad patriā reddit. Unde
bene per ōpertā dicit. Benedi
ces corone anni benignitať tue.
Quaſi eſſi corona anni benedicit
cū finito laboris tpe virtutū re
muneratio ?ferť. Dies ?o huius
anni ſunt ſingule queq; ?tutes.
Menſes aut̄ multiplicia facta
virtutū. Sed ecce cū per fiduciā
mens erigiť: vt ſperet q̄ venien
te iudice de virtutibus remune
retur: occurrunt eius memorie
etiā mala que geſſit: r valde for
midat ne diſtrictus iudex qui ve
nit vt virtutes remuneret: etiaz
ea que illicite geſta ſunt exami
nans ſubtiliter penſet: ne cū an
tium cōpleť: etiā noctē numeret.
dicat itaq; de hac nocte. ¶ Non
cōputetur in dieb? anni: nec
numeretur in menſibus. Aſi
diſtrictū iudicem exoret dicens.
Cum erpleto ſancte eccleſie tpe
extremo te examini manifeſtas:
ſic dona que cōtuliſti remunera
vt mala que cōmiſimus non re
quiras. Si eſſi nox illa in dieb?
anni computatur: omne qđ egi
mus ex prauitatis noſtre eſtima
tione cōfundit. Et dies virtutū
iam nō lucent: ſi hos in cōſpectu
tuo annumerata noſtre noctis
tenebroſa confuſio obſcuret.

¶ Capitulū. xxiii.

Sed ſi de nocte noſtra
moueri tunc inquiſi
tionē nolumus: ma
gnopere nūc curan
dum eſt vt nos in eiꝰ
diſcuſſione vigilemus. Ne queli
bet nobis culpa impunita rema
neat: ne mens peruerſa que fe
cit defendere audeat: r defendē
do nequitie nequitiā adiungat.
Unde r bene ſubdiť. ¶ Sit nox
illa ſolitaria / nec laude di
gna. Sunt nonnulli qui nō ſolū
nequaq; deflēt qđ faciūt: ſz etiā
laudare r defendere nō deſiſtūt.
Et ni mirū dum defenditur: cul
pa geminatur. Contra qđ recte p
quēdam dicit. Peccaſti: nō adiſ
cias iterū. Peccatū quippe pec
cato adiicit: qui male geſta etiaz
defendit r noctē illā ſolitariā nō
relinquit: qui culpe ſue tenebris
etiam patrocinio defenſionis ad
iungit. Hinc eſt q̄ primus homo
de erroris ſui nocte requiſitus:
eādem noctē eſſe ſolitariā noluit
qz dum requiſitione ad penitentiam vocaret: ei adminicula ex
cuſationis adiunxit: dicēs. Mulier quam dediſti mihi ſocia: de
dit mihi de ligno et comedi: ſz
exceſſus ſui vitiū in autorē late
ter intorquēs aciē dicere. Tu oc
caſionē delinquēdi prebuiſti: qui
mulierē dediſti. Hinc eſt q̄ hui?
erroris ramus in humano gene
re ex illa nunc vſq; radice ptra
hiť: vt qđ male agiť: adhuc etiaz
defendat. Dicat ergo. Sit nox il
la ſolitaria: nec laude digna. Aſi
ſi aperte exoret dices. Culpa quā
fecimus ſola remaneat: ne dum
laudatur r defenditur: in cōſpe
ctu nos iudicis multipliciꝰ aſtri
gat. Peccare quidem non debui
mus: ſed vtinam alia non iungē
tes vel ea q̄ fecimus ſola deſera
mus. Sed inter hec ſciendū eſt:
qz ille culpā ſuam veraciter in ſe
quitur qui iam ad amorē preſen
tis ſeculi nullo appetitu proſpe
ritatis inſtigatur: qui huius mū
di blandimenta q̄ ſint fraudulē
ta cōſiderat: fauoreſq; eius quaſi
quaſdam perſecutiones penſat.
Unde r bene ſubdiť. ¶ Maledicant ei qui maledicūt diei.
Aſi aperte dicat. Illi huius no
ctis tenebras vere penitendo fe
riant: qui iam lucē proſperitatis
ſeculi deſpiciētes calcāt. Si eſſi
diem letitiam delectationis acci
pimus: recte de hac nocte dici
tur. Maledicant ei qui maledi

Culpa cuz defendit geminatur. Eccli. 21.a.

Beſi. 3. c.

cunt dicit: qz nimirum illi veraci ter malo transacta per aliaduersionem penitentie corrigũt: qui tam ad bona fallentia nulla delectatione rapiũtur. Nam quos adhuc noxia alia delectant/falsum est qđ cernitur: qz perpetrata alia deplorant. Ti añt t supra dictam diem suggestionẽ callidã antiqui hostis accipim⁹/illi maledicere nocti intelligendi sunt qui diei maledicunt: qz scz illi transactas culpas vere puniunt qui maligni seductoris insidias in ipsa suggestione blãda deprehendunt. Bene aũt subditur. ¶Qui parati sunt susuitare leuiathan. ¶Laplm.xviij.

Ecce spes eius frustrabit eum: et videntibus cunctis precipitabitur in eum. Non erit crudelis qui contra eum concitabitur: quis ergo resistere ei valebit ante faciem meam? Quis dedit ei primum: et retribuam ei? Omnia que sub celo sunt mea sunt.

Visiones enim qui ea que mũdi sunt mente calcant: t ea q̃ dei sunt plena intentione desiderant/leuiathan contra se suscitant: qz eius malitiã instigatiõe sue cõuersationis inflãmãt: naz qui eius voluntati subiecti sunt quasi quieto ab illo iure possidentur: t superbus eorum rex quasi quadã securitate perfruitur: dñi eorũ cordibus incõcussa potestate dominat. Sed cum vnusquisq; ipsius spiũ ad conditoris sui desiderium recalescit: cum torporem negligentie deserit: et frigus insensibilitatis pristine igne sancti amoris accendit/cum libertatis ingentem meminit: et teneri ab hoste seruus erubescit: qz isdem hostis se considerat despici: quia vias dei videt apprehendi: dolet contra se captiui: t mox celo accenditur: mox ad certamen mouet: mox ad tentationes innumeras ꝺ rebellantem mentẽ se excitat: atq; in omni arte lacerationis instigat/vt tentationũ iacula in torquendo cor fodiat cor/qđ dudum quieto inire possidebat. Quasi dormiebat quippe dñs sopitus in prauo corde quiesceret: sed excitatur in prouocatione certaminis/cum ius amiserit peruerse dominationis. Hunc ergo nocti maledicant: qui parati sunt suscitare leuiathan: idest hi se contra peccatum fortiter iudicio districtionis erigant: qui in suis tentationibus excitare antiquum hostem aduersariũ non formidant. Scriptum namq; est. Fili accedens ad seruitutẽ dei: sta in iustitia t timore: t prepara animã tuam ad tentationem. Quisquis enim accingi in diuino seruitio properat: quid aliud q̃ se contra antiqui aduersarij certamen parat: vt liber in certamine ictus suscipiat: qui quietus sub tyranide in captiuitate seruiebat? Sed in ipso q̃ mens cõtra hostem accingitur: quo alia vitia subiecit/alijs reluctatur aliquãdo de culpa aliquid: qđ tamẽ nõ valde nocest remanere permittitur. Et sepe mens que aduersa multa t fortia superat: vnum in se t forsitan minimum: q̃uis magna intentione inuigilet non expugnat. Quod diuina non miri dispensatione agitur: ne ex omni parte virtutibus splendẽs in elatione subleuetur: vt dum in se parum quid reprehensibile videt t tamen hoc subigere nõ valet: nequaq̃ sibi sed auctori victoriam tribuat in his que subigere fortiter valet. Ũñ t bene subiungitur. ¶Obtenebrẽtur stelle caligine eius. Stelle quippe huius noctis caligine obtenebrãtur: quando t hi qui magnis virtutibus splendant/adhuc obscurare culpe aliquid retinentes sustinent: vt etiam magne vite claritate luceant: t tamẽ adhuc noctis reliquias nolentes trahant. Quod ad hoc sicut dictũ est agitur: vt mens proficiens ad virtutem iustitie/sua meliꝰ infirmitate roboretur: et inde verius in bonis luceat/vnde eam etiã nolentem parua reprehensibilia humiliter obscurent. Unde t bene cum israelitico populo precepta

repromissionis terra partiretur: ephraim tribui/chananeus gentilis populus non occisus: sed factus tributarius dicitur: sicut scriptum est. Habitauit chananeus in medio ephraim tributarius. Quid est chananeus genti lis videlicet populus nisi vitiũ significat: Et sepe magnis virtutibus terrã promissionis ingredimur: qz sepe intima de eternitate roboramur. ¶Laplm.xxv.

Josue. 16.d. Quid chananeꝰ significet.

Sed dñs inter acta subtilia vitia quedã parua retinemus: quasi chananeum viuere in terra nostra concedimus: Qui ramẽ tributarius efficit: qz hoc ipm vitium qđ subigere nõ possumus: ad vsum nostre humilitatis vtiliter retorquemus: vt eo de se mens t in summis vitia sentiat/quo suis viribus etiã parua que appetit nõ expugnat. Unde et bene rursum scriptum est. De sunt gentes quas dñs dereliquit: vt erudiret in eis israelem. Ad hoc namq; quedã minima vitia nostra retinent: vt sese nostra intentio sollicitã in certamine semper exerceat: t eo de victoria non superbiat: quo viuere in se hostes cõspicit: a quib⁹ adhuc vincẽ formidat. Israel ergo reseruatis gentibus erudit: qñ in qbusdã minimis vitijs elatio ꝑtutis nre ꝑmit: t i paruis fidi resistẽtib⁹ dicit/q̃ ex se maiora nõ subiicit. Hoc tñ qđ dz. Obtenebrent stelle caligine ei⁹: intelligi t aliter põt. Nor ꝑpe illa ꝑcensus videlicet ad culpã/q̃ ad nos primi parẽtis est excessus propagata: mẽtis nre oculũ tãta obscuritate ptulit: vt i huiꝰ vite exilio cecitatis sue tenebris ꝑstus quãtalibet vi eternitat⁹ lumẽ incẽderit: penetrare nõ possit. Poste penã nãq; dãnati petõres nasci mur: atq; ad hanc vitã cum moꝛtis nostre merito venimus: t cuz ad superne lucis radiũ acie mentis erigimus ipsa infirmitatis nre obscuritate caligam⁹. Et q̃ dẽ mlti i hac infirmitate carnis tanta virtute roborati sunt: vt resplendere mundo quasi stelle potuissent: Multi in tenebris vite presentis dum superiora de se exempla exhibent/astroꝝ more nobis desuper lucent: sed quantalibet obscuratione operis suigeant: quantolibet se igne compunctionis accendant: nimirũ constat qz dum corruptibili adhuc carne grauati sunt/eternũ lumen sicut est/videre nequaq̃ possunt: dicat ergo. Obtenebrentur stelle caligine eius. i. etiã illi in ꝓemptatione sua antiqua nocteis adhuc tenebras sentiant: de quibus nimirũ cõstat q̃ humano generi in huius vite caligine virtutũ suarũ iam radios expandant: qz etsi mente iam ad summa exiliũt: adhuc tñ in infirmis prime culpe ponere grauãtur. Unde fit vt in fonte exepta lucis velut astra prebeãt: sed tñ intus vsq; ad fine visionis certitudinẽ pfecti noctis caligine nõ ascendãt. Sepe aũt ita mẽs accendit: vt q̃dã i carne sit posita: in deũ tñ ofñi subingata carnali cogitatione rapiat: nec tñ deũ sicut est ꝑspicit: qz hanc nimirũ sicut dictũ est/in carne corruptibili pond⁹ pie dãnationis ꝑmit. Sepe et ita absorberi desiderat: vt eternã vitã si possit fieri sine interitu corporee mortis attingat. Ũñ apls Paulus cũ ardẽter internã lucẽ ãreret: sed tñ vtcliꝫ exteriꝰ mortis dãna formidare ait. Quãdiu sum⁹ in hoc habitaculo ingemiscimus grauati: eo q̃ nolumus expoliari/sed superuestiri: vt absorbeat qđ mortale est a vita. ¶Capitulũ.xxvj.

2. Cor. 5.b.

Sancti igitur viri videre veriꝰ manẽ appetunt: etsi concedatur etiam cozpore illud attingere lucis intime secretum volũt. Sed quandolibet ar-

dore intentionis exhiant adhuc antiquia mor acrauat: r corrupti bites huius carnis oculos quos hostis callidus ad concupiscen etiam aperuit: intus inder a cō zuitu interni fulgoris ꝑmit. Under bene subditur: ¶ Expe ctet luce r non videat: nec ortum surgentis auroze. Quantalibet namq; intentione adhuc peregrina mens satagat videre luce sicut est non valet: quia hāc etiis hānationis sue cecitas abscondit. Ortus vero auroze est/ illa nona natiuitas resurrectiōis: qua sancta ecclesia etiā carne su scitata oritur ad contēplandū lu men eternitatis. Si enī ipsa car nis nostre resurrectio quasi quedam natiuitatis non esset: de ea veritas nō diuisset: In regeneratione cum sederit filius hois in sede maiestatis sue. Esse ergo hanc ortū vidit/quā regeneratio nem vocauit. Sed quantalibet virtute electi nūc fulgeant: que erit illa none natiuitatis gloria penetrare nequeunt: q; tunc cuz carne ad contēplandū eternitatis lumē ascendūt. Unde ꝛ apls Paulus ait: Oō oculus non vi dit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascēdit/que preparauit deꝰ diligentibꝰ se. Dicat ergo: Expe ctet locū et nō videat: nec ortum surgentis auroze: q; spontaneo vitio tenebrata nostra infirmitas/nisi prius per mortem pene sue debitum soluat: claritatē lucis interne non penetrat. Sequi tur: ¶ Quia nō cōcludit ostia ventris qui portauit me: nec abstulit mala ab oculis meis. Sicut ꝛ superius dictū est: Non cōclusit: dicit/aperuit: ꝛ non ab stulit irrigauit. Nec itaq; nos vi deliceꝛ culpa ostia ventris aperuit: q; concepto ad peccatū homini desideria ꝓcupiscentie carnalis reserauit. Ostia quippe vē tris sunt desideria concupiscentie carnalis. De quibus per ꝓphetam dicitur: Intra in cubiculum tuum et claude ostia. Lubricula quippe ingredimur/ cum secreta mētis nostre intramus. Ostia autem claudimus/ cum desideria illicita coercemus. Nec itaq; cōcupiscentie carnalis ostia duz consensus noster aperuit: ad ins numera nos mala corruptionis pertraxit. Unde etiam nunc sub mortalitatis pōdere gemimus: ꝗuis ad hoc arbitrio nostro ve nerimus: quia et iudicij sic iusti tia exigit: vt quod sponte feci mus/inuite toleremus. Sequi tur: ¶ Quare nō in vulua mor tuus sum: egressus ex vtero nō statim perij? Cur exceptꝰ genibus? Cur lactatus vberibus? Absit nos credere/ꝙ beatꝰ Job tanta spiritus scientia ꝓditus: tanta interni iudicis atte statione laudatus: abortiuum se optet interīsse. Sed quia sicut etiam per remunerationem cognoscitur/ꝙ intus habeat testē sue fortitudinis: sic intus pensanda sunt eius pondera locutionis.

¶ Capitulū. xxvij.

Matuos quippe modis peccatum perpetratur in corde/quatuor consummat in opere. In corde ꝑmā suggestione/ delectatione/consensu r defensionis audacia perpetratur. Fit enī suggestio per aduersarium: delectatio per carnem: consensus per spiritum: defensionis audacia per electionem. Culpa enim que terrere mētē debuit ertollit: r deiciō do elenat: sed grauius eleuando supplantat. Unde r illam primi hominis rectitudinē antiquus hostis bis quatuor ictibus fregit. Nam et serpens suasit: cui delectata est: adā consensit: qui etiam requisitus confiteri culpam per audaciam noluit. Hoc vero in būano genere quotidie agitur: quod actum in primo parente nostri generis non ignoratur. Serpens suadet: ꝙ occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggerit. Cui delectata est: q; carnalis sensus ad verba serpētis mox se delectationi substernit. Assensum vero adā mulieri prepositus prebuit: q; dum caro in delectationē rapit: etiaz a sua rectitudine spūs infirmatus inclinat. Et requisitus adā confiteri culpā noluit: q; videlicet spūs quo peccando a veritate dissungit: eo in ruine sue audacia nequius obdurat. Hisdem etiā quatuor modis peccatū consummatur in opere. Prius nāq; latens culpa agitur: postmodum ꝺo etiā ante oculos dominū sine cōfusione reatus aperit: debinc r in cōsuetudinē ducit: ad extremum vero vel falsis spei seductionibus: vel obstinatiōe misere desperationis enutritur. Hos itaq; peccati modos/qui vel in corde latenter fiūt: vel patēter opere perpetrant/beatus Job considerat: r humanū genus in quot peccatorum gradibus lapsum sit deplorat dicēs. Quare nō in vulua mortuus sum: egressus ex vtero nō statim periī? Cur exceptꝰ genibus? Cur lactatus vberibꝰ? Prima enim vulua cōceptionis fuit lingua male suggestionis. Sed peccator in vulua moreret/ si moriturum se bō in ipa suggestione cognosceret: qui tñ ex vtero egressus est: q; postq; in petō eī suggerens lingua concepit foras mox etiaz delectatio rapuit. Post egressionē ꝺo exceptus est genibus: q; cum ad delectationē carnis ꝑuenit nimirū culpam per consensionē spūs subiectis cunctis sensibus quasi suppositis genibus cōsummauit. Sed genibus exceptus etiā vberibus est lactatus. In consensu enī culpe addictus spiritus sensibus multa casse fiducie argumēta subsecuta sunt: que nara in petō animā virulento lacte ꝓnutrierunt: r ne aspera supplicia mortis me tuerer: hāc blādis excusationib⁹ fouerunt.

¶ Capi. xxviij.

Unde et primꝰ homo post culpā audacior exhibuit/dicens. Mulier quā dedisti mihi socia: dedit mihi de ligno et comedi. Qui quidē ꝓ timore semetipm abscōsurus fugerat: sed tñ requisitus innotuit quantū etiam timens tumebat. Cum enī ex hoc peccato presens pena metuitur/ r amissa dei facies non amat: timor ex tumore est/nō ex humilitate. Superbit quippe qui peccā si liceat non puniri non deserit. Sed is (sicut dictū est) quatuor modis culpa vt in corde agitur/ etiā opere ꝓpetrat. Ait enī. Quare non in vulua mortuus sum? Vulua quippe peccantis est hominis culpa latens que occulte peccatorē concipit: r reatūsuum adhuc in tenebris abscondit. Egressus ex vtero nō statim ꝑij. Et vulua de vtero erit/ cū peccator que in occulto cōmiserit hec etiā in aperto cōmittere non erubescit. Quasi enī ab occultationis sue vulua ꝓcesserant: de quibus ꝓpheta dicebat. Et peccatum suū sicut sodoma predicauerunt: nec absconderūt. Quare exceptus genibus. Quia nimirum peccator cū iam de iniquitate sua non confundit: eaē in iniquitate etiā adminiculis pessime consuetudinis roboratur. Quasi genibus fouet vt crescat: dum culpa cōsuetudinibus firmat vt vigeat. ¶ Cur lactatus vberibus? Quia dū ꝓdire culpa in vsum ceperit: nimirum se vel falsa spe diuine misericordie vel aperta miseria desperatiōis pascit: vt eo nequaq; ad correctionē redeat: quo vel factorem suum pium sibi inordinate fingit: vel hoc q; fecit inordinate formidat. Beatus igitur vir humani generis lapsus aspiciat: et quibꝰ precipitijs mersum sit in foueam iniquitatis intendat/di

cens. Quare non in vulua mortuus sum? idest in ipa occulta perpetratione pcti: cur a carnis vita mortificare me nolui? Egressus ex vtero non statim perij? id est postꝫ ad apertā iniquitatem erij: cur sine tunc saltē perditum non cognoui? Perisset quippe in suo iudicio / si se perditū cognouisset. Quare exceptus genibus? idest etiaz post apertā culpā cur me adhuc in illa etiā cōsuetudo suscepit: vt valentiorē ad nequitias redderet: z prauis me vsibus sustinens foueret? Cur lactatus vberibus. i. postꝫ in culpe cōsuetudinē venit: cur me ad atrociorem nequitiā / vel falsē spei fiducia / vel lacte misere desperationis enutriui? Cum effi culpa in vsum venerit / ei iam alius etiā si appetat debilius resistit: qz quot vicibus praue frequentationis astringitur / quasi tot vinculis ad mentem ligatur. ¶ Ca. xxiv.

Sede fit vt enemis aius cū solui nō valeat: ad quedā se solatia falsę solationis inclinet: quatenus venturū iudicem tante sibi misericordie spōdeat: vt eos etiā quos arguēdos inuenerit penitus non occidat. Cui rei hoc deteri⁹ accidit / qꝫ ei multoꝝ filiū lingua psentiat: cū multi etiaz male gesta laudibus exaggerāt. Unde fit vt incessanter crescat culpa / fauoriꝫ nutrita. Curari aūt vuln⁹ negligit: qō dignū ꝓmio laudis videt. Unde bñ p salomonē dz. Fili mi / si te lactauerint pctōres / ne acquiescas eis. Peccatores etenim lactāt: cū vel peterāda mala blādimenti infect: vel perpetrata fauoriꝫ extollūt. Alii nō lactat: de quo per psalmū

Ps. 9.

Offi laudat pctōr i desideriis aie sue: z cū iniqua egerit iniquꝫ / benedicitur. Sciēdum quoꝫ est qꝫ tres illi modi peccantiū iuxta decensus sui ordinē facilius corriguntur; quartus vero iste difficilius emēdat. Unde et redēptor noster puellam in domo: iuuenē ex tra portā: in sepulchro aūt lazarū suscitauit. Adhuc quippe quasi mortuus iacet in domo / qui latet in pctō. In quasi extra portā educit: cuius iniquitas vsꝫ ad inuerecundiā publice perpetrationis aperit. Sepulture vō aggere premit qui perpetratōe nequitie etiā vsu cōsuetudinis pressa granat. Sed hos ad vitā miseratus reuocat: qz plerūꝫ diuina gratia nō solū in occultis / sed etiā in apertis iniquitatib⁹ mortuos: z mole prauę cōsuetudinis pressos respectus sui lumine illustrat. Quartū vero mortuū redēptor noster nūciante discipulo agnoscit: nec tñ suscitat: quia valde difficile est / vt is quē post vsum male cōsuetudinis letā ad vltimum adulantiū lingue erci piunt: a mentis sue morte reuocet. De quo z bene dicitur. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortui enī mortuos sepeliunt: cuz pctōres peccatorē fauoribus premūt: dū enī est aliud sepelire qꝫ occumbere. Sed qui peccantē laudibus persequūtur: extinctū sub verboꝝ tumulū aggere abscondūt. Erat aūt z lazar⁹ mortuus: sed tñ nō a mortuis sepultus. Fideles qppe mulieres illū obruerant: que et ei⁹ morte vindicare nunciabant. Unde z ptin⁹ ad lucē redit: qz cū in pctō aius mortuus: citius ad vitam reducitur: si sup hūc sollicite cogitationes vnunt. Aliqñ aūt (sicut z supius dictū est) falsa spes mentē nō intercipit: sed hanc deterius desperatio confligit: que dum omnem spem venie funditus interimit: erroris lacte animā vberius nutrit.

¶ Capitulū xxv.

Considerer igit sanctus vir post primā culpā: qto deteri⁹ bō mala commisit postꝫ paradisum p didit; vsꝫ ad qta

facilius corrigūtur: quartꝰ difficilius emēdatur. Christus tres mortuos suscitauit.

Quartꝰ tñ non suscitauit.

Luce 9. g. Mortui sepelliunt mortuos.

S

f Prouer. 1. b. Pctōres lactant.

Ps. 9.

buius ruinā pcrupta descendit / z dicat. ¶ Quare non in vulua mortuus sum? idest cum serpētis suggestio peccatorē me cōciperet: nūc vtinā quis me mox sequeret agnouissem ne vsꝫ ad delectationē suggestio raperet: et morti arti⁹ ligaret. ¶ Egressus ex vtero non statim perij? Ac si dicat. Utinā ad exteriorē delectationē ortus quo interiore lumine primabar agnouissem: z sat tem in ipsa delectatione occumberē: ne per psensum mox acri⁹ puniret. ¶ Cur exceptus genibus. Ac si dicat. Utinā minime fuisse consensus prauitatis subiectis sensibus excepisset: ne ipsa me consensio ad audaciam deterius raperet. ¶ Cur lactat⁹ vberibus? Ac si dicat. Utinā blanditi saltē mihi post mala perpetrata noluissem: nec tanto me culpe nequius astringerē: qto me in illa mollius foueret. His itaqꝫ reprehensionum suarū vocibus inparente primo se peccasse redarguit. Sed si ad crumnam huius ritꝰ nequaꝫ homo peccādo descēderet: dicat qua perfrui quiete potuisset. Sequitur. ¶ Nunc enim dormiens silerē: z somno meo requiescerem. Ad hoc quippe in paradiso homo positus fuerat: vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret: ad celestem angelorum patriam quandoꝫ sine carnis morte transiret. Sic n̄ꝫ est immortalis conditus: vt tamen si peccaret etiam mori posset: z sic mortalis est conditus vt si non peccaret: e tiam mori non posset: atqꝫ ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret: in qua mori vel peccare non posset. Ubi igit̄ post redemptiōis tēpus carnis morte interposita electi transeunt illuc procul dubio parentes primi si in conditionis sue statu persistissent: etiam sine morte corpoꝝ transferri potuissent. Dormiens

igitur silerē: z somno suo homo requiescerēt dum ad eterne requiē patrie ducerus: quasi secessum quendam a clamore hoc humane infirmitatis inueniret. Post peccatum namꝫ quasi clamans vigilat: qui contentionem carnis propie repugnās portat. Hoc quietis silentiū iam homo conditus habuit: cum contra hostem suum liberū arbitriū voluntatis accepit. Cui qz sua sponte succubuit: mor de se qō contra se ꝓstreperet inuenit: mor in certamine infirmitatis tumultus repperit: z ꝙ̄ius in pace silentiū ab auctore fuerat cōditus hosti tñ spōte substract⁹ clamores de pugna toleranit. Ipa effi carnis suggestio: quasi quidā clamor est cōtra deū mētis: quā ante trāsgressionē hō nō sensit: qz nimiū qō de infirmitate posset tolerare: nō habuit. Postꝫ vō se spōte hosti subdidit: astrict⁹ culpe sue: vinculis: in qbus dā ei etiā nolēs seruit: z clamores in mēte patit: cū caro spūi reluctat. An nō clamores intrinsec⁹ audiebat q̄ prauē ō se legis verba tolerabat dicēs. Video aliā legē i mēbris meis repugnātē legi mētis mee: z captiuum me ducērē in legē pcti: q̄ est in mēbris meis. Contēplicē ergo vir sctūs i quāta cordis pace desceret: si serpētis ꝙba suscipe hō noluisset: z dicat. Nūc ei dormiēs silerē: z sōno meo requiescerē. i. intra mētis secretū ad cōditoris cōtēplationē secederē: nihil me extra me tētationū tumultib⁹ ꝓsensus prie culpe patidisset. Dum⁹ aūt delectis gaudꝫ cū qb⁹ et socijs pfruetur: adiūgit dicēs. ¶ Capi. xxvj.

Rom. 7 d.

Cum regibus z consulibus terre. Reb⁹ insensibilibus discimus quid de sensibilib⁹ atqꝫ intelligibilib⁹ sentiam⁹. Terra nāqꝫ aere fecundatur: aer autem ex celi qualitate disponitur. Sic inuentio homines; hominibus

A

angeli: archangeli vero angelis p̃sunt. Nam ꝙ iumentis bo
mines p̃sint: z vsu cernimus: z
verbis psalmiste docemur: qui
ps. 8. b. ait. Omnia subiecisti sub pedib⁹
eius: oues et boues: vniuersas: in
super z pecora campi. Quia vero
hominibus angeli p̃sint: per
prophetam testatur angelus di
ceus. Princeps regni persarum
restitit mihi. Qđ vero angeli a
superiorum angelorum potesta
Dan. 10. c. tibus dispensentur Zacharias
propheta perhibet qui ait. Ecce
angelus qui loquebatur in me
Zach. 2. c. egrediebatur: et angelus alius
egrediebatur in occursum eius:
et dixit ad eum. Curre z loquere
ad puerum istum dicens. Absq;
muro habitabitur hierusalem.
Si enim in ipsis officijs sancto
rum spirituum nequaq; potesta
tes summe minime disponerẽt:
nullo modo hoc quod homini di
cer et angelus ab angelo cogno
uisset. Quia igitur cunctorum
conditor: omnia per semetipsum
tenet: z tamen ad distinguendũ
pulchre i vniuersitatis ordinem
alia alijs dispensantibus regit:
non immerito reges angelorum
spiritus accipimus: qui quo au
ctori omniũ familiarius seruiũt:
eo subiecta aptius regunt. Luz
regibus ergo dormiret: quia ni
mirum iam cum angelis homo
quiesceret: si persuasoris linguã
sequi noluisset. Qui bene etiam
cõsules vocantur: quia spiritua
li reipublice cõsulunt: dum nos
sibi ad regnum socios iungunt.
Bene autem cõsules vocantur:
qz dum ipsis nunciantibus volũ
tatem conditoris agnoscimus:
in eis proculdubio consultũ ab
hac angustia nostre tribulatio
nis inuenimus. ¶Capi. xxxij.

C Sed quia beatus Job
sancto eternitatis spi
ritu implet⁹: z fuisse
vel futurus esse eter
nitas non habet: cui
nimirũ neq; preterita
transeunt neq; que futura sunt
veniũt: quia cuncta per presens
videt potest futuros predicato
res ecclesie in presentis spiritus
contemplari: qui postq; de corpo
ribus transeũt: nequaq; per mo
rarum spacia: sicut antiqui pa
tres celestis patrie perceptione
differuntur. Mor quippe vt a
carnis colligatione exeunt: in ce
lesti sede requiescunt. Paulo at
testãte qui ait. Scimus quoniã 1. Cor. 5. a
si terrestris domus nostra huius
habitationis dissoluatur: ꝙ edifi
catione ex deo habemus domũ
non manufactam eternam in ce
lis. Prius autẽ ꝙ redemptor no
ster morte sua humani generis
penam solueret: eos etiam qui
celestis patrie vias secuti sunt:
post egressus carnis inferni clau
stra tenuerunt: nõ vt pena quasi
peccatores plecteret: sed vt eos
in locis remotioribus quiescen
tes (qz ab ingressu regni treatus
prime culpe) prohiberet. Unde
iurta eiusdẽ redẽptoris nostri te
stimoniũ: diues qui apud infe Luc. 16. f.
ros torquebatur in sinu Abrae
requiescere Lazaꝝ contẽplatur.
Qui profecto si adhuc in inis
non esset: hunc ille in tormen
tis positus non videret. Unde z
eidem redemptor pro nostre cul
pe debito occumbens inferna pe
netrat: vt suos qui ei inhęserant
ad celestia reducat. Sed quo nũc
homo redẽptus ascẽdit: illuc pro
fecto si peccare noluisset: etiã si
ne redẽptione pertingeret. Con
sideret ergo vir sanctus: qz si nõ
peccasset: illuc etiã non redem
ptus ascenderet: ad qđ predicato
res sanctos: post redẽptionẽ ne
cesse est cum magno labore per
uenire. Et cum quibus iam nũc
quiesceret insinuat dicens. Luz
regibus z consulibus terre.

¶Capitulũ. xxxiij. Reges
Eges ꝙppe sunt san
cti predicatores eccle
sie: qui z cõmissos sibi
recte disponere: et sua
bene gerere corpa sciunt: qz duz
desideriorz motus in se temperãt
super subiectis cogitationib⁹ le
Cõsu les. ge virtutis regnant. Qui bene et
terre consules vocant. Reges esse
sunt: qz sibimetipsis ꝓsident: ter
re aũt cõsules: qz exteriorib⁹ pecca
torib⁹ vite ꝓhẽt cõsultuz. Reges
sunt: qz semetipsos regere sciũt:
terre aũt sunt: cõsules: quia terre
nas: inẽtes p exhortatiõis sue cõ
silium ad celestia ꝓtrahũt. An ter
1. Cor. 7. c. re consuli non erat qui dicebat.
De virginibus aũt preceptũ dñi
non habeo: cõsiliũ aũt do. Et ite
rum. Beatior erit si sic pmanserit
sm consilium meũ. Bene aũt sub
ditur: ¶ Qui edificant sibi soli
tudines. Omnes enim qui vel
illicita appetunt: vel in hoc mũ
do videri aliquid volunt: densis
cogitationum tumultibus in cor
de comprimuntur. Dumq; deside
riozũ turbas intra se excitant: p
stratam mentem pede misere fre
quẽtationis calcãt. Alius namq;
furi se luxurie subdit: atq; añ mẽ
tis oculos fcemata turpiũ cogita
tionũ fingit: z cũ effect⁹ nõ tribui
tur opis: hoc credi⁹ agit ſtẽtiõe
cogitatiõis. Voluptaꝫ ꝓfectio ꝑri
turr ocussus eneruiter animus:
bincinde z sollicitus z cecatus oc
casionem nequissime explentionis
rimat. Mens itaq; hec quasi quẽ
dam ppm patiẽ: ꝙ insolenti cogi
tationum tumultu vastatur. Alij
re se dominio strauit: z qđ in cor
de nisi furgia etiã ꝙ desunt per
agit. Dic sepe presentes nõ videt
absentibus contradicit: intra se
metipsum contumelias ꝓfert et
recipit: receptis aũt duri⁹ respõ
det: z cũ qui obtuser nullus adsit:
magni clamoribus rixas in corde
componit: turbaz itaq; hic mouet
sustinet: quem pondus pebemẽs
inflammate cogitatiõis premit.
Alius furi se anarticie tradit: z fa
stidics: propria aliena cõcupiscit
Dic plerunq; concupita adipisci
non valens dies quidem in ocio
noctem vero in cogitationẽ ver-

sat: torpet ab vtili opere: quia fa
tigatur illicita cogitatione: con
silia multiplicat: z sinum mentis
cogitationum immensitatib⁹ la
tius expandit: peruenire ad con
cupita satagit: atq; ad obtinenda
hec quosdam secretissimos causa
rum meatus querit. Qui mor vt
in causa aliquid subtile inueniẽ
se se estimat: iam se obtinuisse qđ
concupiuit exultatiũ quod etiã
adepte rei adiũgat/excogitat: at
q; vtiñ meliori debeat extolli. p
tractat. Quã quia iam quasi pos
sidet: et quasi ad meliorem spe
ciem adducit: mor insidias inui
dentium considerat: z quid cõtra
se surgñ moueatur pensat: z exãri
quid respondeat: et cum rem
nullam teneat: iam in defensio
nem rei quam appetit vacuus li
tigator elaborat. Quamuis enim
nihil de concupita receperit: ha
bet tamen in corde iam fructum
concupiscentie/laborẽ ripe. Bra
ui itaq; populo premitur: ꝙ insti
gantis auaritie tumultu vastat.
Alius se tyrãnidi superbie subꝺi
cit: z cor miserum dum contra ho
mines erigit/vitiol pternit. Ho
norum sublimium insulas appe
tit: exaltari succesſib⁹ exquirit: to
tumq; ꝙ esse desiderat/sibi apud
semetipsum in cogitationib⁹ de
pingit: iam quasi tribunali pręsi
det: iam sibi parere obsequia sub
iectorum videt: iam ceteris emi
net/iam alijs mala irrogat: alijs
quia irrogauerit recompensat:
iam apud semetipsum stipatus
cuneis ad publicũ pcedit: iam ꝙ
bus obsequñs fulciatur conspi
cit: qui tamen hec cogitans sol⁹
recipit: iam alia concutiat/alia
subleuat: iam de concutiatis sa
tisfacit odio: iam de subleuatis
recipit fauores. Qui igit tot phã
tasmata cordi infert quid aliud
iste ꝙ somnium vigilans videt?
Quia ergo tot rerum causas ẽ
fingit tolerat: nimirum intrinse
cus natas et desiderñs turbas
portat. Alius iam illicita refugit

Somnium vigilans videt.

sed tamen bonis mūdi carere p̄ nimescit: cōcessa tenere appetit: videri iter hominēs minor erubescit. Et curat summopere ne inops sit in domo/ne despect⁹ in publico. Requirit quod sibi sufficiat: quid necessitas subiectorum petat: atq; vt sufficiēter iura patrocinatus subditis exp̄leat patrono q̄uerit quibus ipse famulet̄: si dum nis familiariter: imm̄gitur/ eorum proculdubio causis implicatur/quibus sepe consensit in illicitis: et mala que per semetipsum nō appetit: cōmittit propter alia que nō derelinquit. Illa sepe dum honorem suum in hoc mūdo imminui trepidat ea apud maiores personas appprobat: que per proprium iudicium damnat: is dum solicite cogitat quid patronis debeat: q̄d subiectis: quid sibi augeat: q̄d affectibus prosit: quasi tanta frequētia turbarū premit: q̄ta curarū ipor tunitate lacerat. ¶Lap. xxviij.

Contra sancti viri q̄a nihil huius mūdi appetunt nullis p̄ culdubio in corde tumultibus premunt.

Et contra sancti viri q̄z nihil huius mūdi appetūt: nullis p̄culdubio in corde tumultibus premunt: omnes q̄ppe inordinatos desideriorum motus: alcubili cordis manu sancte/considerationis eiciunt: et quātūlibet curta despiciūt: et his nascētes cogitationū insolentias non patiūtur: solam namq; eternā patriaz appetunt: et q̄z nulla huius mūdi diligunt/magna mentis tranquillitate perfruuntur. Unde et recte dicit: ¶Edificāt sibi solitudines. Solitudines quippe edificare est a secreto cordis terrenoū desideriorum tumultū expellere: et vna intentione eterne patrie in amore intime quietis anhelare. An non cunctos a societate tumultus expulerat: q̄ dicebat: Unā petij a dño hanc requirā: vt inhabitē in domo dñi omnibus diebus vite mee. A frequentia: quippe terrenorum desideriorum fugerat: et ad magnam videlicet solitudinez semetipsum contulerat: vbi eo tuti⁹ nihil extraneum conspiceret: quo incompetens nihil amaret. A tumultu rerū corporalium magnum quendā secessum petierat quietā mentē: in qua tanto purius deū cerneret/q̄to bun⁹ cum se solo solū inuenirēt. Bene aūt bi qui sibi solitudines construunt etiam cōsules vocantur: quia sic in se solitudinē mentis edificant: vt tñ quo prevalent: alijs per charitatem consulere minime desistāt: Hunc ergo quem modo pretulimus consulem paulo subtiliꝰ p̄pendam⁹ quomodo ad p̄hebenda vite sublimioris exempla: subiectis populorum cuneis/virtutū calculos spargat. Ecce ad ip̄m dam retributionem boni pro malo de semetipso fatē dicens: Si reddidi retribuētibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Ad dilectionem cōditoris excitandam infinuat dicens: Mihi autem adherere deo bonum est. Ad formam sancte humilitatis imprimendam: secreta cordis sui indicat dicens: Domine nō est exaltatum cor meum ne q̄ oculi mei. Ad imitandam celi rectitudinem: exemplo suo nos excitat dicens: Nonne qui oderunt te/domine oderā et super inimicos tuos tabescebā? Perfecto odio oderam illos: et inimici facti sūt mihi. Ad eterne nobis patrie desiderij succendēdū vite presentis longitudinem deplorat dicens: Heu mihi q̄ incolatus meus prolōgatus est. Largitate nimirū ꝑsolatus emicuit. qui exemplo conversationis proprie/tot nobis virtutū calculos



sparsit. ¶Lap. xxvj. Ad iste cōsulēs: quō sibi etiā solitudinem edificet narrat. Ait enim: Ecce elōgaui fugiens et mansi in solitudine. Fugiēs se elongat: q̄ a deteriorum turba desideriorū tpaliū in altaz dei cōtemplationem se sublevat. Manet vero in solitudine: q̄ per seueratin remota mentis intentione. De qua bene solitudine: dominō Ieremias ait: A facie manus tue solus sedebam: quoniaz cōminatione repleti me. Facies quippe manus dei: est illa percussio iusti iudicij/quo superbiēte hominez a paradiso repulit: et in hac cecitate presentis exilij inclusit. Comminatio vero eius est terror adhuc supplicij sequentis: Post factem igitur mā⁹ adhuc nos mine terrificant: q̄ per experimentum iudicij tā nos et pena presentis exilij perculit: et si peccare non desistimus: eternis adhuc supplicijs addicit. Cōsideret ergo vir sanctus profect⁹ huc vnde cōciderit: atq; hunc post ista peccāte q̄ adhuc iustitie iudicantis rapit: et cunctas a se desideriorum temporalium turbas ejiciat: secus in magna mentis solitudine abscondat/dicens. A facie manus tue solus sedebā: q̄ cōminatione repleti me. Aet si aute dicat: Dum considero/quid iaz per iudicij experimentū patior: a tumultu desideriorum tempora lia trepidus mentis secessum petro: q̄ et adhuc illa acri? q̄ minaris eterna supplicia formido. Bene ergo de regib⁹ atq; consulib⁹ dicitur. ¶Qui edificant sibi solitudines. q̄ bi etiā regere et cōsulere alios sciūt: q̄m representa ri interim illi intime quieti non possunt: banc apud semetipsos p studium trāquille mentis imitatur. Sequitur: ¶Cum principibus qui possident aurum: et replent domos suas argento. Quos alios principes nisi sancte ecclesie rectores vocat: quos inde sinenter in loco predictorum precedentiuz diuina dispēsatio subrogat: De quibus eidem ecclesie psalmista ait: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij constitues eos principes super omnem terram.

Quid vero aurum/nisi sapientia appellat? De qua per Salomonez dicitur: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Aurū sapientiam nempe vidit: quā thesaurum vocauit. Que et recte auri appellatione signatur: quia sicut auro temporalia/ita sapientia bona eterna mercantur. Vt aurum sapientia non esset: neque ꝑ laodocie ecclesie ab angelo diceretur: Suadeo tibi emere a me aurum ignitū. Aurum quippe emimus/cum accepturi sapiētiam/prius obedientiam prebemus. Ad quem nos videlicet cōtractum bene quidem sapiēs excitat/dicens: concupisti sapientiam: serua mandata: et dominꝰ prebebit illam tibi. Quid autem per domos/nisi conscientie designantur? Unde sanato cuidaz dicitur: Vade in domum tuam. Ac si aperte audiat: Post exterū miraculum ad conscientiam reuertere: et qualem te intrinsecꝰ deo debeas exhibere perpēde. Quid etiam per argentum nisi diuina eloquia figurantur. De quibꝰ per psalmistam dicitur: Eloquia dñi eloquia casta: argentum igne examinatum. Eloquia domini argētum: igne examinatum dicitur: q̄ sermo dei si in corde figit tribulationibus probatur.

¶Capitulum xxvij.

Sit igitur fact⁹ pil ritu eternitatis ple nꝰ deꝰ futura. sūt colligat: et quos lōge post futura secula gigneret lato mentis sinu cōprehendat et magna admiratione consideret: cuz quib⁹ electis sine labore in eternitate quiesceret: si per appetitū superbie nemo peccasset/et dicat. ¶Nunc enim dormiens silerem: et somno meo requiescerem: cum regibus et consulibus terre qui edificant sibi solitudines: aut cuz principibus qui possidēt aurū et re

plent domos suas argẽto. Qz enim si parentem primum nulla pcs putredo corrũperet: nequaq̃ er se filios gebẽne generaret: sed bi qui ḋ nunc per redemptionẽ saluandi sunt/ soli ab illo electi nascerentur. Eosdem electos aspiciat: atq̃ cuz eis qño quiescere potuisset intrẽdat. Videat sanctos apostolos sic sui ceptꝝ eccleſiã regere: vt ei predicatiõis verbo non desinant consultũ prebere: eosq̃ reges et consules appelet. Videat post hos in eozum loco rectores erurgere: qui z sapiẽter viuendo aurũ possideant: et alijs recta predicando argẽto iacre locutionis enitescant: z eosq̃ principes repletis conscientiarũ dominus auro z argento diuites memoret. Sed qz aliqñ ꝓphetico spũ nequaq̃ sufficit: vt ventura prenideat: nisi eoz propheratus etiã preterita z antiqua repzelenter: sanctus vir infra supraq̃ oculos aperit: z non solum ventura conspicit: sed etiam transacta ad memoriã reducit: Nam protinus adiungit: ¶ Aut sicut abortiuũ abscondit̃ non subsisterẽ: vel qui concepti non viderũt lucez. Aboztiuus ḋ ante ẽpus plenũ eruit? extinct? protin? occultatur. Quos ergo sanct? vir altos aboztiuos vocat: cum quibus se quiescere potuisse considerat: ni si electos quoq̃ qui ab ipso mũdi primordio ante redemptoris tempus exorti sũt: z tñ huic mũdo semetipsos mortificare curauerũt: ḋ cõscripte legis tabulas nõ habentes quasi in vtero mortui sunt: qui auctorem suum naturali lege timuerunt: z eum venturum mediatorẽ credere studuerunt: summopere mortificãdis voluptatibus etiam que scripto non didicerãt precepta seruauerunt? ¶ Tempus itaq̃ illud qõ iuxta mũdi initium mortuos huic seculo patres nostros ptulit: qua si aboztiuum vterus fuit. Ibi namq̃ abel qui occidenti se fratri resti-

Aboztiuus.

Beſi. 4.b.

tisse non legitur. Ibi Enoch ḋ tẽlem se exhibuit: vt ambulatur? cum domino transferretur. Ibi noe qui per hoc ꝓ diuino examini placuit: immundo mundo superstes fuit. Ibi abraam: qui dñ peregrinus est seculo factus est amicus deo. Ibi isaac: qui caligantibus carnis oculis per etatem quidem presentia non vidit sed per virtutem prophetici spũs in futuris etiam seculis magnavidendi luce radiauit. Ibi iacob: qui iram fratris humiliter fugit: clementer edomuit. qui ꝑ se quidem secundus exitit: sed spũs vbertate fecundior: eandez prolem sub prophetie sue vinculis astrinxit. Benc aũt aboztiuũ hoc abscõditũ dicitur quia a mõdi primordijs dum quosdam pauc̃os moyse scribente cognoscim?: pars nobis maxima humani generis occultatur. Neq̃ enim tot custos solũmodo vsq̃ ad acceptaq̃ legez exitisse credendũ est: quos moyses breuissima descriptione peritrinxit. Quia ergo a mundi primordio edita multitudo bonoꝝ ex magna parte notitie nr̃e subtrahitur: absconditũ hoc aboztiuum vocat̃. Quod z non substitisse dicitur: quia enumeratis paucis eozum frequentia nullos apud nos memorie scripto retinetur. Recte vero additur: Vel qui concepti non viderũt lucem.

Beſi. 5.a. Beſi. 9.a. Beſi. 17.b. Beſi. 17.a. Beſi. 28.a.

¶ Capitulum. xxxvij.

Jnãq̃ qui post acceptã legem in hoc mũdo nati sunt: auctori suo eiusdem legis sunt admonitione concepti: sed tñ cõcepti minime lucem viderũt: quia ad aduentum incarnatiõis dominice quãuis hanc fideliter crederẽt/ peruenire nequiuerũt. Incarnatus ꝑppe dñs dixit: Ego sum lux mundi. Atq̃ ipsa lux ait: Multi propheteꝝ z iusti desiderauerunt videre que videtis z non viderunt. Concepti igitur nõ vi-

Joan. 8.a. Mat. 13.b.

derunt lucem: qz ad speciem venturi mediatoris apertis prophetarum vocibus excitati nequaq̃ potuerunt cernere eius incarnationẽ: in bis itaq̃ cõceptus interioꝝ formã fidei edidit: sed hanc vsq̃ ad apertam visionem diuine presentie non perduxit: qz prius dos a mũdo mors iteruenies rapuit/ ḋ manifesta veritas mũdũ illustrauit. ¶ Capitulum. xxxviij.

Jr igitur sanctus spũs eternitatis pleni: manu cordis cuncta labẽtia ad memoriã astrinxit: z qz angusta est ois creatura creatori eiꝰ de spũ suo qui nihil ex se vel iuxta se aliũ nisi semper cẽ habet omne quod erit: quod preterijt conspicit: ac infra supraq̃ mentis oculũ tendit: z venientia vel trãsacta cõsiderans/ ad eternũ esse medullit? inardescit/ dicens: Nunc enim dormiens silerem. Nunc quippe pñs est tempus. Et qd̃ est stantem in presenti semper quietem querere/ nisi ad illud cui nihil venit: nihil preterit gaudiuz eternitatis anbelare? Qd̃ nimirũ veritas semper esse suum vt nobis vtcũq̃ infunderet moyse mediante insinuat/ dicens: Ego sum qui sum. Et dices filijs israel: Qui est misit me ad vos. Sed ecce qz labentia conspicit: quia semper presens gaudiũ querit: quis ventura lucis memorat: quia electorum eius ordines enumeratis pensat: ipsam iaz nobis aperti? quietem huius lucis insinuet: et qd apud illam quotidie de prauoꝝ cõuersatione agitur verbis manifestioribus demõstret.

¶ Capitulum. xxxix.

Bi impij cessauerunt a tumultu et ibi requieuerunt fessi roboze. Paulo ante: dixim?: qz corda peccantiũ per hoc qd̃ strepit? odiferiozis possidet: grauis cogitationũ instigantiũ tumultus premit. Sed in hac luce quam cõcepti minime viderunt: a tumultu suo impij cessare perhibentur: qz nimirũ mediatoris aduẽtum patres in lege positi diu prestolati sunt ad vite sue requiẽ populi gẽtiles inuenerunt: Paulo attestãte qd̃ ait: Qõ quecrebat israel hoc nõ est cõsecutus: electio aũt consecuta est. Jn hac itaq̃ luce impij a tumultu cessãt dñi peruersorũ mentes veritate cognita laboriosa mundi desideria fugiunt: z tranquillitate intimi amoris acqe scũt. An non ad cessationem vocat hec ipsa/ que ait: Venite ad me omnes qui laboratis z onerati estis/ z ego reficiam vos: tollite iugum sup vos: z discite a me quia mitis sum z humilis corde: z inuenietis requiem animabꝰ vestris: iugum enim meũ suaue est: z onus meũ leue. Quid enim grane mentis nostre cernicibus imponit: qui vitari omne desiderium qõ perturbat precipit? Quid graue subiectis iubet: qui declinari laboriosa mundi huius itinera admonet? Attestante autez paulo apostolo: Christus pro impijs mortuus est. Sed idcirco ingnata est ip̃s impijs hec ipsa occũbere: ne impij in tenebrarũ suarũ tumultu remanerent. Eõtemptis ergo vir sctus ꝙ hec ꝑ incarnatiõis sue mysteriũ ex grauitabore impios eripit: dñi ab eozum cordibus desideria prauitatis tergit: cõtemptetur ꝙ conuersi quisq̃ querem qui perciperem in eternitate desiderant: hic iam ꝑ tranquillitatẽ mentis degustant/ dicat: ¶ Jbi ipij cessauerunt a tumultu: z ibi requieuerũt fessi roboze. Oês enim qui in hoc mũdo fortes sunt roboze: quasi fozres sunt non roboze defessi. Qui vero in auctoris sui amoze roborantur: quo magis in concupita dei fortitudine conualescunt: eo a ꝓpria virtute deficiũt. Et quo

Ecc. 3.a. Rom. 11.b. Mat. 11.b. Rom. 5.a.

robustius eterna appetunt: eo a temporalibus fa libri defectione laffant. Hinc psalmista amoris sui roboze fessus dicebat. Defecit in salutari tuo anima mea: In salutare enim dei preficiendo defecerat/quia eternitatis lucem de siderano a carnis iam fiducia fractus anbelabat: Hinc rursum dicit. Concupiuit z defecit anima mea in atria dñi. Qui nimirū cū diceret concupiuit/recte subdidit z defecit: Quia valde minor est diuinitatis concupiscentia: quam nō mor etiā sequitur propriꝰ defectus. Qui enim ad appetenda eternitatis atria accenditur: dignum profecto est vt ab boc temporalitatis amoze lasciet̄ur: vt tanto frigescat ab studio seculi/quāto surgit ardentior in amozē dei. Quem scilicet si perfecte arripit mundus etiam plene deseruit: z eo funditus temporalibus moritur: quo ad supernam vitam altius affiatu eternitatis animat. An non roboze suo fessa se inuenerat/ꝙ dicebat. Anima mea: liq̄ facta est vt dilectus locut⁹ est. Qui nimirum mens dum occulte locutionis aspiratione tangitur: a statu sue fortitudinis infirmata ipso quo absorbet desiderio liquatur: z inde se apud semetipsa fessam inuenit: vnde vitra se esse cōspicit fortitudinem quam cōsecūdit. Hinc propheta cum visiones dei se cōspexisse diceret/adiūgit: Elangui et egrotaui per dies plurimos: quia cum ad virtutē mēs astringitur a fortitudine propria caro laffatur.

¶Capitulum.xl.

Iuit iacob qui angelū t cenuit/mor vno pede claudicauit: qꝝ vero amoze subtimia respicit ina in boc mundo duplicibus desideriis incedere nescit. Uno enim pede innititur/qui solo dei amoze roboratur: z necesse est vt alius marcescat: quia mentis virtute crescente oportet pcuidubio vt carnis fortitudo conpescat. Beatus igitur iob alta fidelium corda respiciat: atq; ppendat quē finū intime quietis inueniunt: dum a viribus propriis in deum proficiendo laffantur z dicat: Ibi requieuerunt fessi roboze. Aesi apte insinuet dicens: Illic reges lucis remunerat: quos hic interius recreans profectus fatigat. Nec mouere debet qō in eem nominis nequaq; subdit in hac sed ibi. Quam enim contine re electos conspicit: hāc quasi locū nostrum esse deprehendit. Un de psalmista. cum incōmutabilitatem eternitatis aspiceret dicens (Tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient) hanc electorum locum esse denuntiat sub dens: Filij seruorum tuorum habitabunt ibi. Deus enim qui sine situ ola continet/nobis ad seruientibus locus non localis manet. Quem locum dum pertingimus/etiam in hac vita mētis nostre tranquillitas quanta fuerit perturbatio videmus: quia z si iā iusti in prauorū cōparatiōe quieti sunt: in estimatione tamē quieti sunt intime omni modo quieti nō sūt. Unde z bene subditur. q Et quōdā vincti pariter sine molestia. Justus enim huius multis desideriozum carnalium tumultus possidet: durus tñ vinculis eos in hac vita positos/sue molestia corruptionis ligat. Scriptus quippe est: Corpus quod corrūpitur aggrauat animā: z deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Eo itaq; ipso quo adhuc mortales sunt/ corruptionis sue pōdere grauantur z astricti molestia vincti sunt: qz in illa adhuc libertate vite incorruptibilis ꝙ in eprugnit. Aliud namq; de mente/ aliud de corpore tolerant: z contra semetipsos quotidie interno certamine desudāt. An non duro molestie vinculo illigatur: quorum ultimirum mens fine labore in ignorantia soluit: z non nisi cum studio laboris erudit̄ur. Que coacta erigitur/libēs iacet/ab infimis vix leuatur: z tñ elenata protin⁹ labitur: semetipsam laboriose vincendo superna conspicit: sed reuerberata lumen quod se irradiauerat refugit. An non duro molestie vinculo ligatur. quos cum accensus spiritus ad finum pacis intime pleno de siderio pertrahit/feruente certamine caro perturbat: Que z si iaz ante faciez velut ex aduerso aut erecta non obuiat: adhuc tamen a mentis dorso quasi captiua sub murmurat: z quis timendo/si tamen turpi strepitu in corde speciem pulchre quietis fedat. Electi igitur etsi valenter omnia superant/cum securitatez pacis interne desiderat grauis eis ē molestia/adhuc habere quod vincant. Quibus exceptis etiam ea vincula sustinent: que grauis exterius necessitas astringit: esurire quippe sitire/lasescere vincula corruptionis sūt: que scilicet solui nequeunt/nisi cum in illam immortalitatis gloziam nostra mortalitas permutatur.

¶Capitulum.xli.

Eplem⁹ etenim refectionibus corpus ne extenuatum deficiat: extenuamus abstinentia ne nos repletū premat. Ne certamus boc motib⁹/ne situ immutabilitatis intereat: sed citi⁹ boc collocādo sistim⁹/ne ipsa sua vegetatione: succūbat: Adiumēto boc vestiū tegim⁹ ne frigus interimat: z ꝙsita adiumēta proficimus/ne calor exurat. Tot igitur diuersitatib⁹ occurrentes: quid agimus/nisi corruptibilitati seruimus: vt saltem multiplicitas impensi obsequij corp⁹ sustineat qō antiquas infirme mutabilitatis grauat. Unde bene per Paulū dicit̄ur: Vanitati eni subiecta ē creatura nō volēs sed propter eū qui subiecit eam in spe: qz z ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatē glorie filiorū dei. Vanitati quippe creatura non volens subditur: qz homo qui ingenite cōditor status voluit deseruit. Pressus iuste mortalitatis pondere nolens mutabilitatis sue corruptioni seruit. Sed creatura bec tūc a seruitute corruptionis eripitur/cum ad filiorum dei gloriā incorrupta resurgēdo subleuabitur. Hic itaq; electi molestia vincti sūt: q: adhuc corruptionis sue pena deprimūtur. Sed cum corruptibili carne eruimur/quasi ab his quib⁹ nūc astringimur/molestie vinculis relaxamur. Presentari namq; iam deo cupimus: sz adhuc mortalis corporis obligatiōe prepedimur. Jure ergo vincti dicimur: qz adhuc incessum nostri desiderii ad deū liberū non habemus. Unde bene Paulus eterna desiderans: sed tamē adhuc corruptiōis sue sarcinas portans/vinct⁹ clamat: Cupio dissolui z esse cum christo. Dissolui enim nō quereret/nisi se procul dubio vinctū videret. Hec autem vincula quia certissime rumpenda in resurrectione conspexerat: iam quasi rupta gaudebat prophēta cum diceret. Dirupisti vincula mea: z tibi sacrificabo hostiam laudis. Contemplet itaq; sanctus vir ꝙ cōuersos peccatores iur intēta recipiat/ z dicat: Ibi impij cessauerūt a tumultu. Cōtemplet̄ur ꝙ sancti desiderij fatigati exercitatione alti⁹ in illo intimo sinu requiescant z dicat: Et ibi requieuerant fessi roboze. Contemplet̄ur ꝙ cuncti simul corruptiōis sue vinculis absoluti ad illa libertatis gaudia incorrupti peruenīāt z dicat: q Et quondam vincti pariter sine molestia. Bene autem dicit̄ur/ quondam vincti: quia dum illa semper presens cernitur: omne qō erit et desinit/ quasi preterit tñ iaz vt. Dñi esse rez finis attēdit

omne qđ pterit/ quasi iam fuisse pensat. Sz oēs hi ꝗs illuc quies Eraz ꝙ ad rit. interna suscipiet: hic in terra ꝗd egerint narret. Sequit. ¶ Non eraudierunt vocē eractoris. Quis alius debet noie eractoris intelligi nisi importun⁹ ille persuasor: ꝗ būano generi semel deceptionis nūm ꝙtulit: t ob hoc quotidie expetere mortis debitū nō desistit: qui in paradiso hominī peccāti pecuniā cōmodauit: sed iniq̄tate crescente/ hāc quotidie cū vsuris exigit. De quo eractore in euangelio veritas dicit: Et iudex tradet te eractori. Huius igit eractoris vox est/ tentatio misere suggestionis. Audim⁹ vocē eractoris/ cū eius tentatione pulsamur: sz nō eraudim⁹? si pulsanti resistimus. Audit etsi ꝗ tentationē sentit: eraudit vero ꝗ tentationi cōsentit. Dicat itaq̄ de iustis: Non eraudierūt vocem eractoris. Oīs suggestionem ei⁹ etsi audiunt: qz tentanē/ non eraudiūt qz cōsentire contemnunt

¶ Capitulum. xliij.

Sed qz qō valde mēs amat / etiā in ꝓmonet se pius replicat beūs iob: qz eterne pacis frequentiā diligens/ cōspicit: discretionem ei⁹ iterum disseruit/ dicēs. ¶ Paru⁹ et magnus ibi sunt t seru⁹? liber a domino suo Quia in hac vita nobis est discretio operum: erit in illa proculdubio discretio dignitatuz: vt ꝗ hic alius alium merito superat illic alius alium retributione trāscedat. Unde in euangelio veritas Jo. 14. a. dicit. In domo patris mei mansiones multe sunt. Sed in eisdē multis mansionibus erit aliquo modo ipsa retributionū diuersitas concors: qz tanta vis amoris in illa pace nos sociat: vt qō in se quisq̄ nō accepit/ hoc se accepisse in alio exultet. Unde t non eē laborantes. In vita/ eque cuncti denariū sortiunt. Et q̄dem apud patrē māsiones multe sunt: t tā eundē denariū dispares laborantes accipiūt: qz vna cunctis erit beatitudo letitie: quis non vna sit oibus sublimitas vite. Paruū t magnū in hac luce cōsperserat/ qui ex voce capitis dicebat: Imperfectū meū viderunt oculi tui: t in libro tuo oēs scribent. Paruū t magnū cōsperserat/ cū dicebat: Bādirit oēs timentes se dñm: pullos cū matribus: Bene autez subdit: Et seruus liber a dño suo Scriptū quippe est: Oīs qui peccat/ seru⁹ est peti. Quia nimirum quisq̄s se piano desiderio subiicit/ iniquitatis dominio dudum libera mentis colla supponit. Sz huic dño contradicimus/ cū iniquitati que nos ceperat reluctamur: cū cōsuetudini violenter resistimus: t desideria peruersa cantes contra hāc ius nobis libertatis ingenite vendicam⁹?: cū culpā penitendo petimus/ tmaculas sordium fletibus lauam⁹. Plerunq̄ aūt tā mens quidez ꝓ puerse egisse meminit deplorat: tā praue acta nō solum deseri/ sz amarissimis etiā lamentis punit t tñ dū coz ꝗ egit reminiscat graviter iudicij pauore terref: tā se perfecte cōuertit/ sed adhuc se ꝓfecte in securitatē non erigit: qđ dum quāta sit districtio extremi examinis pensat: inter spem formidinēq̄ sollicita trepidat: qz iudex iustus veniens qđ de perpetratis reputet: qđ relaxet ignorat. Nam quia praua cōmiserit meminit: sed an commissa digna fleuerit nescit: aune culpe immāitas modum penitentie transeat. metuit: t plerunq̄ culpā iaz veritas relarat: sz mēs afflicta adhuc de venia dum valde sibi est sollicita formidat. Seruus ergo hinc iam fugit dñm/ sed liber nō est: qz peccatū suū homo tam corrigendo t penitendo deserit: sed tñ adhuc districtum iudicem de eius retributione ptimescit. Ibi ergo seru⁹ a dño liber erit. vbi iam de pcti

venia dubitas non erit: vbi iam securā mentem culpe sue memoria non addicit: vbi nō sub reata animus trepidat: sed de eius indulgētia liber exultat. Sed si nulla ibi bō peccati sui memoria tāgitur/ ereptum se vnde gratulat: Psa. 113. c. d Aut qđo largitori gratias refert de venia quam accepit: si interueniente oblitione transacte nequitie/ penes se esse debitorem nescit: Neq̄ enī negligere ꝓtereundū est quo ps̄almista ait. Misericordias Ps. 88. b. tuas dñe in eternū cantabo. Qđo enī dei misericordias in eternuz cātat/ ꝗ se fuisse miserū ignorat? Et si miserie transacte non meminit: vnde largitori misericordie laudes reddit? Sed rursum querendū est/ qđo electoz mēs ꝓfecta esse in beatitudine poterit/ si hanc inter gaudia memoria sui reatus tangit? Aut qđo perfecte lucis clarescit gloria: quam reducta ad animuz obumbrat culpa? Sed sciendum est: qz sicut sepe nunc leti reminiscimur/ ita tūc tristitia transacte nequitie sine lesiōe nostre beatitudis recordamur. Plerūq̄ enim incolumitatis tpe ad memoriā dolores ꝓteritos sine dolore reducimus: et quo egros nos recolim⁹/ eo nos incolumes plus amamus. Erit ergo t in illa beatitudine culpe memoria: non tñ mentē polluat: sed que nos artius letitie astringat: vt dum doloris sui animus sine dolore reminiscitur: t debitorem se medico verius intelligat: et eo magis acceptam salutem diligat: quo molestie meminit quem euasit. In illa itaq̄ letitia sic tūc sine tedio mala nostra conspicimus: sicut nunc in luce positi/ sine vlla cordis caligine anime tenebras videmus: qz t si obscurum est qđ mente cernim⁹? de iudicio est hoc luminis: non de passione cecitatis. In eternum ergo laudes misericordie largitori nostro referimus: t nequaq̄ miseria conscientie grauamur: quia dū mala nostra sine aliquo mentis malo respicimus: t nunq̄ erit quod corda laudantium de transactis inquitatib⁹ polluat: t semp erit qđ hec ad laudē liberatoris accēdat: quia ergo interne lucis requies sic in se magnos subleuat: vt tamen paruulos non derelinquat: dicatur recte. ¶ Paruus t magnus ibi sunt. Quia autē sic ibi conuersi peccatoris animus culpe sue memoria tangitur: vt tamen nulla eiusdem memorie cōfusione deprimatur: congrue subiungatur. Et seruus liber a domino suo.

Finit liber Quartus Moralium sancti Gregorij

¶ Liber Quintus Moralis bti Gregorij in Job continuans Tertium capitulum vsq̄ in finem: et Quartum inchoans.

¶ Capitulum .j.

Amvalde occulta sunt iudicia diuina: in hac vita nō nunq̄ bonis fit malez t malis bene tunc occultiora sunt cum t bonis hic bñ est t malis male. Nam cum bonis hic male est/ et malis bñ hoc fortasse deprehēditur: qz t boni ꝙdq̄ deliquerunt/ hic recipiunt: vt ab eterna plenius damnatione liberentur: t mali bona que pro hac vita faciunt/ hic inueniūt: vt ad sola in posterum tormenta perducantur. Unde t ardenti in tormento diuiti dr: Mem⁹nto fili quia recepisti bona in vita tua: t lazarus similiter mala. At cuz. bonis hic bene est/ t malis male incertum valde est/ vtrum boni id circo bona accipiunt: vt ꝓuocati ad aliquid melius crescant: an iusto latentiaq̄ iudicio hic suoz operū

De occultis dei iudicijs. Cur hic bonis male et malis bñ hoc fortasse deprehēditur. B Luce. 16. g.

remunerationem pcipiant: vt a pmijs vite sequētis inaneſcāt: t vtrum malos idcirco aduersa feriat: vt ab eternis supplicijs coꝛrigentia defendāt: an hic eoꝛum pena incipiat: vt q̄ſq; compleda eos ad vltima gehenne tormenta pducat. Qꝛ ergo inter diuina iudicia graui incertitudinis sue caligine humana mens pmitur: sancti viri cū sibi supperere pspera huius mūdi cōſpiciūt: pauida suspicione turbant. Timent ne hic laboꝛū suoꝛum fructus recipiant: timent ne quod diuina iustitia latens: in eis vulnus aſpiciat: t exterioꝛibus muneꝛibus cumulās ab intimis repellat. Cum vero taciti cogitant q̄ nec bona agunt/nisi vt soli domino placeant: nec in ipsa affluentia sue pſperitatis exultant. Adhinus q̄dē de pſperis occulta contra se iudicia metuunt: sed cū ea dē pſpera q̄ se ab intima intentione ꝓpe dicunt egre ferunt: et moleste pēnis vite blandimenta toleranť: q̄ per hec se vt cēſq; tardari in eterno desiderio nō ignoꝛāt: Plus est in hoc mūdo bonoꝛ q̄ despectio occupat: t magis pſperitatis sublimitas/q̄ necessitatis aduersitas grauat. Per hāc nāq; nō nunq; cū homo exterius pmitur/ad concupiscenda q̄ intus sunt liberius relaxatur. Per illā ꝛo animus oſt multis pareꝛe cogitur/a desideriꝭ sui cursu reꝛinet. Cū fit vt sancti viri magis in hoc mūdo pſpera q̄ aduersa formidēt. Dicunt nāq; quia mēs dum blāda occupatione pmitur: aliq̄n libens ad exteriora deriuatur: fatiſcit quia sepe sic hanc clandestina cogitatio decipit: vt q̄ſo permutetur ignoꝛet: pensant autem q̄ sint eterna bona q̄ cupiūt t cognoſcunt q̄ nihil sit omne q̄ blandū tpaliter arrideť: cuncta q̄ huius mūdi pspera mens eoꝛum eo egre toleraťquo superne felicitatis est amore fauciata tantoq; magis in pſentis vulcedinis aſpernatione erigit: quanto hanc cōſpicit q̄ furtiue sibi in eterne glorie despectu blāditur. Vñ t beatus Iob cū supnam requiem contēplarus diceret: Parnus t magnus ibi sunt: t seruus liber a domiꝭ suoꝛ: ilico adiungit. Quare data est misero lux. In scripturis sacris nō nunq; lucis appellatiōe pſperitas: noctis autem nomine huius mundi aduersitas designatur. Vnde t dñs psal. Sicut tenebre eius/ita t lumē eius. Quia enim sancti viri ita pſperitatem seculi despicientes calcant: sicut aduersitatem eius calcantes toleraňt: per magnā mētis celſitudinē mundi sibi aduersa t pspera substernentes dicūt: Sicut tenebre eius/ita t lumē eiꝰ. Aſſi apte dicit. Sicut intētionis nre fortitudinē eiꝰ tristitia nō premūt: ita hāc nec blāda corrumpunt. Sed q̄ hec (vt diximus) bonoꝛ mentē etiam cū nō subleuāt/perturbant seu viri: qui se in huius exilij erumnis miseros cognoſcunt: clarescere in eius pſperitate refugiūt. Vñ dñs nunc: Quare data est misero lux. Lux eſt miseris datur/q̄si qui sublimia cōtēplantes/esse se in hac peregrinatione miseros agnoſcūt: claritate tranſitorie pſperitatis accipiunt: t cum valde desiderant/quia tarde a patria reꝛeūt. tolerare insup bonoꝛis onera cōpellunt: amoꝛ eos eternoꝛū conterit: t gloria de tpalibus arrider. Qui dñi cogitāt q̄ sint q̄ i fimis teneāt: t q̄ sint q̄ de sublimibus non videnť: q̄ sint que se in t erra fulciunt: que autem de celestibus pdiderunt. pſperitatis sue meroze mozdent: quia etsi videnť nequaq; ab ea se funditus opprimi: pensant tamen solicite cogitationem suam in amoꝛe domini: t in eius dispensatione patiri. Unde bene cum dicit: Quare data est misero lux: protinus adiungit. ¶ Et vita his qui in amaritudine aīe sunt. ¶ Lo. Si amaritudies q̄pe aie sunt offices electi/qui vel pro nire flendo nō desinunt que delicta runt: vel graui se meroze afficiūt: quia longe huc a facie conditoris proiecti: adhuc in eterne patrie gaudijs non sunt. De quoꝝ coꝛde bene per Salomonem dicitur. Coꝛ q̄ nouit amaritudinē anime sue/in gaudio illiꝰ nō miscebit extraneus. In amaritudine namq; sunt t coꝛda reprobor q̄ ipsis etiam prauis desideriis afflīgunť: sed eandem amaritudinem nescisse q̄ pensare q̄ſ tolerant/sponte sua excecati nō possunt. Et cōtra coꝛ bonoꝝ amaritudinem suā nouit: q̄ erumnā exilij in qua pectū lacerat̄ intelligit: t q̄ sint tranquilla q̄ pdidit: q̄ confusa in quibus ceciderit sentit. Sed hoc amaricatum coꝛ ad gaudiū suum q̄ſq; reducitur: at q̄ in eius gaudio extraneus non miscebit: q̄ is qui nunc ab hoc meroze cordis foris se per desideria ejicit: secluſus tunc ab illa intima eius solēnitate remanebit. Vñ itaq; qui in amaritudine anime sunt/mozi mundo fundit⁹ concupiſcunt: vt sicut in seculo ipsi nihil appetunt/ita iam a seculo nulla cogitatione teneāt̄. Et pterunq; contingit/vt iam nō mundū mente nō teneat sed mundus hoiem occupationibus astringat: t ipse quidē mundo iā mortuꝰ est: sed ipsi mundus adhuc mortuꝰ non est. Quasi eſſ vinus adhuc mundus eū pſpicit dū alio intentuꝝ in suis actibus rapere cōtendit. Vñ dñs Paulus cum t ipse seculū pfecte despiceret: t talem facti videret: quia iam hoc seculū concupiſcere ossi no non posset: ruptis huius vite vinculis liber dicit. Mihi mundus crucifixus est: t ego mundo. Mundus quippe ei crucifixꝰ fuerat: quia hunc cordi suo tā mortuum non amabat. Sed t seipm mundo crucifixerat: qz talem se ei exhibere studuit: vt ab eo quasi mortuꝰ concupisci nō posset. Si eſſ in vno loco sint mortuus t viuens: t si mortuus viuū nō videt: vnus tamen mortuū videt: si vero vtriq; mortui sunt/alter alterum nequaq; videt. Ita qui iam mundum nō amat: sed tñ ab illo vel nō volens amatur: etsi ipse velut mortuus mundū non videt/hūc tamen mundus adhuc non mortuus videt. Sicꝰ nec ipse in amore mundū retinet: nec rursum a mūdi amoꝛe retinet̄ vicissim sibi vtriq; extincti sunt: qz dum alter alterum non appetit/quasi mortuū mortuus nō attēdit. Qꝛ igit nec Paulus mūdi gloriā ḡrebat/nec a mundi gloria ipse quereb̄atur: t se mundo t mundū sibi crucifixū esse gloriat. Qō t multi appetunt: sed cū vsq; ad culmē extinctionis oīmode nō assurgunt recte gementes dicūt. Quare data est misero lux/vita his qui in amaritudine anime sunt. Vita quippe amaricatis dat: si huius mundi gloria tribulis gementi busq; tribuit. In qua nimirū vita pena sevalidissimi timoris afficiunt: qz etsi ipsi mundum nō tenent: adhuc tamen tales esse metuunt/qui a mundo teneant: qz nisi ei quantulūcūq; viuerent/hos ad vsum suum peculdubio nō amaret. Mare enim viua corpora in semetipso retinet: nam mortua extra se protinus expellit. Sequitur: ¶ Qui expectant mortem et non venit. Desiderāt q̄pe mortificare se funditus: atq; ab omni vita glorie temporalis extinguere: sed occultis sepe dei iudicijs/vel preesse in regimine. vel occupari iniunctis honoribus compelluntur: atq; iter hec mortificationem plenissimam indesinenter expectant. Sed expecta moꝛs non venit: quia coꝛdi vsus temporali glorie etiam nolens viuit. Quam tamē q̄ diuino

Analogia.

amore tolerāt:r intus quidē ser uant desideriū pietatis:foris aūt explent ministeriū ordinis: quatenus nec a perfectione per untē tionē recedāt:nec dispositioni cō ditoris per superbiā pdicant. Mira est diuinitatis pietate agi tur:cū is qui pfecto corde ad cōtēplationē tendit humanis ministerijs occupat:vt r multis infirmitatibus eius mens perfecta proficiat:r quo semetipsū impfectū respicit inde;ad humilitatis culmē pfectior assurgat. ¶ Ca. iij.

Omnunq; etenim viri sancti vnde deficiūt suoū detrimēta tolerant:inde maiora lucra conuertūt alijs reportant: quia dū eis vacare vt appetūt nō licet: reparare secū alios quibus admiscētur libet. Fit ergo mira dispositiōe pietatis vtq; se destructiores estimāt/ inde locupletiores ad celestis patrie constructionez surgant. Nonnunq; vero idcirco ad concepta desideria minime peueniunt:vt ipsa interueniēte tarditate ad eadem desideria lacrato mentis sinu dilatentur:r que extenuari fortasse impleta poterāt magna dispositione agitur vt repulsa crescant. Sic quippe mortificare sese appetunt vt etiam p fecte si liceat cōditoris sui faciez cōtēplentur. Sed eoru desiderijs differtur vt pficiat:r vt tarditatis sue fin⁹ nutriatur vt crescat. Vñ bene sponsa in sponsi sui desiderio anhelāti clamat. In lectulo meo per noctem quesiui quem dilexit anima mea:quesiui illum r nō inueni. Abscōdit se sponsus cū queritur/vt non inuentus ardētius queratur:r differtur quereus spōsa ne inueniat:vt tarditate sua capacior reddita multiplicius q̄q; inueniat quod querebat. Vñ beatus Iob cum diceret: Expectant mortē r nō venit vt hoc ipsum querentiuz desiderū subtilius expleret illico adūi

git. ¶ Quasi effodientes thesaurū querunt: cum fodere altius ceperūt/ad laborē ītāti? inarcescūt:quia se thesauro abscōdito tāq; appropinquare estimant: eo ardentiores in opere laborādo erigo nō deficiūt:sed magis ad vsū laboris crescunt:q; quo tā pmia propinquiora cōsiderāt eo in opere delectabilius erudiant. Unde bene Paulus quibusdā abscōditū eterne patrie thesaurū querentibus dicit: Nō deserentes collectionē nostrā:sicut est cōsuetudinis quibusdā sed consolantes:r tanto magis/quāto videritis appropinquantē diē. Laborantem quippe cōsolari est/pariter in labore persistere:q; sublevatio ē laboris visio collaborantis, sicut cū in itinere comes iungitur:via q̄ dē nō abstrahit:sed tū de societate comitis/leuiat labor itineris. Dū itaq; Paulus cōsolātes se in laboribus quereret adiunxit dicens: Tanto magis quanto videritis appropinquantem diē. Acsi diceret: Eo labor crescat/ quo iā premia laboris appropinquant: velut si aperte dicat. Thesaurus queritis:sed eo fodere ardentius debetis:quo tam iuxta quē situs aurū fodiendo peruenistis. Quā uis boc q̄ dicitur: Expectāt mortē r nō venit. Quasi effodientes thesaurū:intelligi r aliter potest Quia essi perfecte mori mūdo nō possum⁹/nisi intra mētis nostre arcana inuisibilia a visibilibus abscōdamus:recte hi qui mortificatione sui appetūt:thesaurus effodientibus cōparantur. Mundo enim per inuisibilem sapientiam morimur:de qua per Salomonem dicitur: Si quesieris illā quasi pecuniaz:r sicut thesauros effoderis eā. Sapientia quippe

In Tertium Capitulum Job. Fo. lv.

in. supficie rez nō iacet:q; in inuisibilibus latet. Et tunc mortificationē nostram contingētes/ sapientiam apprehendimus:si relictis visibilibus in inuisibilibus abscondamur:si sic banc cū effodientes querim⁹/vt omne quod terrenū mens cogitat a semetipsa/manu facte discretiōis ejiciat r thesaurum virtutis qui se latebat agnoscat. Facile enim in sese thesaurum quesitum inuenit:si eā que se male presserat/ molē a se terrene cogitationis repellit. Quia autem quesitam mortem sicut thesaurū dicit/recte subiungit. ¶ Gaudentq; vehementer cum inuenerint sepulchrum. Sicut em̄ sepulchrū locus ē quo absconditur corp⁹:ita diuina cōtēplatio quodā est sepulchrum mētis quo abscōditur ala. Quasi em̄ huic adhuc mundo viuimus/ cū mente in ea foris vagamur:si mortui in sepulchro abscōdimur cū mortificati exteri⁹ in secreto interne cōtemplatiōis celamur. Sancti igitur viri ab importunitate desiderioū tpaliuz:a tumultu inutilium curarum:a clamore perstrepentiū perturbationuz semetipsos sacri ÿbi gladio mortificare nō desinūt atq; int⁹ ante faciem dei in sinu mentis absondunt. Unde bene per pā. dr. Abscondes eos in abscōdito vultus tui a cōturbatione domi nū. Nō quis perfecte postmodū fiat etiam nunc ex magna parte agitur/cū a temporaliū desideriorum tumultibus delectatione inuite rigra rapiuntur:vt mens eozum dū in amore dei tota tendit nulla inutili perturbatione laceret. Hinc est q̄ Paulus per contemplationem mortuos r quasi in sepulchro absconditos discipulos videbat:quibus dicebat. Mortui enim estis/ vita vestra abscondita est cum christo in deo. Qui ergo mortem querit/gaudet duz sepulchrum inuenit:quia qui mortificare se appetit/valde ad inuē uentam requiem contemplationis hilarescit:vt extinctus mundo lateat/r cūctis exterioribus rerū perturbationibus intra sinus intimi amoris abscondat. Si vero ad hoc q̄ thesaurus effodi dicitur:etiam sepulchri inuētio subinferē:hoc necesse est vt intentio nostra conspiciat:q̄ antiq̄ suos mortuos cuz diuitijs obruebant. Qui igitur thesaurum q̄rit/gaudet cum sepulchrum inuenit: qz sapientiam perquirentes/cuz sacre scripture paginas voluimus cū exempla precedentium patrū perscrutamur:quasi ex sepulchro gaudium summus r mentis diuitias apud mortuos inuenim⁹ quia qui huic mundo perfecte extincti sūt/ in occulto cū diuitijs requiescunt. Sepulchro ergo dicues efficitur/qui per exempla tuorum in cōtemplationis virtute subleuatur. Sed cū requiē dicat: Quare data est misero lux: cur hoc ipsum requirere presumat/insinuat dicens. ¶ Viro cuius abscondita est via:r circūdedit eum deus tenebris. Viro enim via sua abscōdita est:qz etsi iam in qua sit vite qualitate consideret:adhuc tamen ad quē finem tendat/ignorat. Etsi iā superna appetit:etsi plenis hec desiderijs querit/adhuc tamē si in eisdem desiderijs permaneat/nescit. Peccata quippe deserentes ad iustitiam tēdimus/r vnde venimus/nouimus:sed quo perueniamus/ignoram⁹. Quid bestema die faimus/scimus:sed quid contingat crastinaliuo esse nescimus. Viro ergo via sua abscondita est:qz sic pedē ponit operis: vt ēsiprendere nequeat exitum cōsummationis. ¶ Capitulū. viij.

Dr r alia vie nostre abscōsio:quia nōnūq̄ ea ipsa q̄ recte nos agere credim⁹/an in districti iudicis examine recta sint ignoramus. Sepe enim sicut z longe

superius diximus: opus nr̃m ꝙd causa damnationis est/ effectus putar̃ esse virtutis: sepe vnde placari inder credit/ inde ad trascēdum placidius instigatur: Salomone attestante qui ait. Est via q̃ videt̃ homi recta: nouissima aũt eius ducunt ad mortem. Ui sancti viri cum mala superant/ sua etiã bene gesta formidant: ne cũ bona agere appetunt: de actiõis imagine fallant: ne pestifera tabes putredinis sub boni specie lateat colozis. Sciunt esse q̃ corruptiõis adhuc põdere grauati/ diiudicare bona subtilr̃ nescĩũt: cum ante oculos extremi examinis regulã deducunt/ hec ipa in se nõnunq̃ et que pbant metuunt: r tota quidem mẽte interna desiderant: sed tamẽ de incertitudine operũ trepidi quo grauiuntur ignorant. Ui bene postq̃ dictum est: Quare data est misero lux/ adiũgit: Viro cuius abscõdita est via. Acsi dicatur: Cur huius vite successus accipit / qui sub qua sit estimatõe indicis iter sui operis nescit: Bene aũt subdit̃tur: Et circundedit cũ deus tenebris. Tenebris nãq̃ bõ circũdat: q̃ quis celesti desiderio feruet: quid de semetipso sit dispositum intrinsecus ignorat. Et valde metuit/ ne q̃d sibi in iudicio obuiet: quod se de se nunc in desiderio boni feruoris latet: Tenebris bomo circundatur. quia ignorantie sue caligine premitur. An tenebris circundatus non est: qui plerunq̃ preteritorum nõ meminit/ futura non inuenit: psentia vix cognoscit: Tenebris circundatũ se quidã sapiens viderat/ cum dicebat. Que in prospectu sunt inuenimus cum labore: r que in celis sunt/ quis inuestigabit? His se tenebris propheta circundatũ vidit/ cũ dispositionis intime penetrat̃ eterna ñ potuit dicẽs. Posuit tenebras latibulũ suum. Auctor ei nr̃ q̃ nobis l̃ hoc exilio de lectis/ luce sue visiõis abstulit: ne nostris oculis ãsi in tenebrarĩ latibulo abscondit. Quas nimis rumcecitatis nostre tenebras cũ studiose conspicimus: mẽtem ad lamenta prouocamus. Flet enim cecitatem quam fortis patitur: si humiliter meminit qui interioribꝰ lumine priuatur. Cumq̃ tenebras quibus circundatur respicit: splendoris intimi ardenti se desiderio affligit: omnisq̃ intentionis animu semetipsam cõcutit: vt ipsi supernam lucem quam condita deseruit/ repulsa queratur. Unde fit plerunq̃ vt ipsis pijs fletibus illa interni gaudij claritas erumpat: r mens que in torpore prius ceca fuerat: ad inspectionem fulgoris intimi suspiriꝰ vegetata conualescat. Unde bene sequitur: ¶Antequam comedam suspiro. Comedere enim̃ q̃ est anime/ superne lucis contemplationibus pasci. Suspirat ergo antecꝰ comedat qui prius gemitibus tribulationis afficitur: et post modum contemplationis refectione satiatur. Nisi enim suspiret non comedit: quia qui se in hoc exilio per desideriorum celestium lamenta non humiliat: interne patrie gaudia nõ degustat. Ui veritatis enim pabulo ieiuni sunt/ qui i hac pegrinationis inopia letantur. Suspirat autem qui comedit: quia quoueritatis amor afficit / etiam refectio contemplationis pascit. Suspirans propheta comedebat cui dicerer: Fuerunt mihi lachryme mee panes. Luctu enim suo anima pascitur: cũ ad superna gaudia flendo subleuatur: et intus quidem doloris sui gemitus tolerat. sed eo refectionis pabulus percipit / quo vis amoris per lachrymas emanat. Unde et eandem vim lachrymarum adhuc beatus Job prosequitur subdẽs: ¶Et quasi inundantes aque sic rugitus meus. Aque cum inundant cum impetu veniunt: et crescentibus multipliciter vo-

luminibus intumescunt. Electi vero dum mentis sue oculos diuina iudicia opponunt dum de occulta super se sententia trepidãt: dum se ad deum peruenire posse non confidunt: sed tamen ne peruenire metuunt: dũ preteritorum suorum recolunt que deflent: dũ que sibi adhuc futura sunt/ quia nesciunt: pertimescunt: quasi q̃dam in eis aquarum more voluminа colliguntur: que in meroris rugitus quasi in subiecta littora defluunt. Uir igitur sanctꝰ vidit quãta sancti lamentis penitentie volumina cogitationum r ipsas merozis vndas inuadentes aquas vocauit dicens. Et ãsi inundãtes aque/ sic rugit? meꝰ.

¶Capitulum. v.

Quinunq̃ vero iusti (sicut r paulꝰ superius diximꝰ) in ipis bonis operibus trepidant: ac ne in eisdem occulto aliquo errore decipiant/ continuis lamentis vacant. Quos cũ diuina subito flagella corripiũt: anctozis sui gratiam se offendisse suspicant: quiue l infirmitatibus ꝓpediti/ vel amaritudinibus preiti: ad impendenda primis pia opera non assurgunt. Et coz in lamentis vertitur: quia corpus a deuotionis sue ministerio retardatur. Cumq̃ se mercedẽ non augere cõsiderant: etiam trãsacta opera dispicuisse formidant. Unde etiã beatus Job: qui cum rugitum suum quasi inundantes aquas diceret illico adiũrit: ¶Quia timoz quẽ timebã euenit mihi quod verebar/ accidit. Iusti igitur viri deflent r pauent: r magnis se lamentis cruciant: q̃ deseri formidant: r q̃uis de coreptione sua gaudeant: eorum tñ trepidã mentẽ coreptio ipsa perturbat: ne maiꝰ q̃ toleret: non pia discussio discipline sit/ sed animaduersio ineſta vindicte. Quod bene psalmista considerans ait. Quis nouit potestatem ire tue? Potestas ꝓpe diuine nostra non põt mẽte comprehendi: quia eius dispẽsatio obscuris super nos dispositionibus/ sepe vnde estimat deserere/ inde nos recipit: r vnde nos recipere creditur/ inde derelinquit: vt plerunq̃ hoc fiat gratia quod ira dicitur: et hoc aliq̃n ira fit quod gratia putatur. Nonnullos esti flagella corrigunt: nonnullos ad impatientie vesaniam perducunt: r alios prospera quia demulcent/ ab insania mitigant alios q̃ eleuant/ funditus ab oi spe iconuersiõis eradicant. Cunctos autem vitia ad ima pertrahunt: sed tamen quidã eo ab his facilius redeũt/ quo se in eis corruisse altius erubescunt. Et semper virtutes ad superna subleuãt sed nonnunq̃ quidam dum tumozem dei virtutibus concipiũt per ipsum tramitem ascensionis cadunt. Quia ergo potestas diuine ire minime cognoscitur: in cũctis necesse est vt sine cessatione timeatur. Sequitur: ¶Nonne dissimulauit nonne silet: nonne quieuit: r venit super me indignatio. Quamuis quolibet in loco positi cogitando/ loquendo/ agendo, peccemus: tunc tamen ꝙtria bec animus effrenatius rapitur/ cum psperitate mundi huius subleuatur. Uã cum preire se potestate cereros conspicit: ita ata de se elare cogitat/ sentit: r cũ an ctoritatis vocis tumulo resultat/ lingua licentius per abrupta defrenatur. Cumq̃ facere quodlibet licet iuste & omne estimat licere quod libet. Sed sancti viri cum mundi huius potestate fulciuntur: tanto sub maioris mentis disciplina se redigunt/ quãto sibi per impatientiam potestatis suaderi illicita quasi licẽti sciũt. Coz nãq̃ ad psiderandũ suã gloriã reprimunt: linguaz ab immoderata locutione restringũt: op? ab inquietudinis vagatione cuſtodiunt. ¶Capitulum. vj.

Spe essi qui in prate
sitr:ea q recte faciūt:
q elate cogitant ramit
tunt:dūq ad cuncta
viles se estimant: et
impense vtilitatis sibi meritum
damnāt. Ut essi cuiuslibet facta
digniora sint:necesse est vt ei apō
se semp indigna videant: ne ea
dā bona actio agentis cor subla
uet:z subleuando plus auctorez
de elatione deficiat/q ipsos fortē
quibus impendit iuuet. Hinc
est essi q rex Babylonie/dum ela
ta mente apud se volueret dicēs.
Nonne hec est Babylon/quā ego
edificaui:in irrationale animal
protinus versus est. Qō essi factꝰ
fuerat perdidit:q humiliter no
luit dissimulare qō fecit. Et quia
elatione cogitatiōis se sup bores
extulit: ipsum quē cōem cū bo
bus habuit sensum bois amisit.
Sepe vero qui in potestate sunt:
ad subiectorum passim cōtume
lias crumpunt:z hoc qō vigilan
tes regimint seruāt/p lingue pe
cuiatem perdūt:minori scilicet
formidine iudicis verba pensan
tes:qz q fine causa fratri fatue di
cerit:gehēne ignibus se addicit.
Sepe bi qui i potestate sunt: dū
se z a licitis retinere nesciunt:
ad illicita opera z inquieta dila
buntur. Solus enim in illicitis
non cadit/qui se aliquando et a
licitis caute restringit. Qua vide
licet constrictione religatum dñi
se paul⁹ insinuat dicens. Omnia
mihi licēt/sed non omnia expe
diunt. Atq vt ex ipsa religatione
ostenderet in quanta se mentis
libertate dilataret/illico adiun
xit. Omnia mihi licēt:sed ego sub
nullius redigar potestate. Cū essi
mens concepta desideria sequit/
seruire rebus cōuincitur quarū
amore superatur. Sed paul⁹ cui
cuncta licet:sub nullius potesta
te se redigit:quia semetipm etiā
a licitis restringendo ea que de
lectata pmerent/despecta trans
scendit. Beat⁹ igitur Job vt nos
eruditat qualis in potestate fuit/
innotescit dicens: q Nonne dis
simulaui? Ptās namq cum ba
betur:z cogitanda est ad vtilita
tem/z dissimulāda ppter tumo
rem:quatenus is qui ea vtitur:z
vt prodesse debeat posse se sciat:
z vt extolli nō debeat/posse se ne
sciat. Qualis vero in ore fuerit/
adiungit dicens: q Monne silui?
Qualis ergo illicita opa postpo
neret/adhuc subsciat. q Nonne
quieui? potestatē sibi z quie
scere adhuc subtilius libet pscru
tari. Silere namq est/mentem
a terrenorum desideriorum voce
restringere. Vis essi magni cla
moris est tumultus cordis. Quie
scunt quoq bene qui in potesta
te sunt:cum terrenarum actionū
strepitus p diuino amore preter
mittendo postponunt:ne dū ima
indesinenter occupant:cor fundi
tus a summis cadat. Sciunt essi
quia nequaq mens ad superna
attollitur:si curarum tumultib⁹
continue in infimis occupatur.
Quid enim de deo occupata ob
tineat/que de illo apprehendere
etiam aliquid vacans laborat? Be
ne autē per ps̄. dicitur. Vacate et
videte/quoniam ego sum deus.
Quia q vacare deo negligit: suo
sibi iudicio lumen eius visionis
abscondit. Hinc etiam per Moy
sen dicitur: vt pisces qui pennu
las non habent non edantur. Pi
sces namq qui habent pennu
las/saltus dare super aquas so
lent. Volī ergo in electorum cor
pore quasi cibus trāseunt: qui in
eo p imis deseruiunt/aliquando
ad superna conscendere mentis
saltib⁹ sciūt: ne semp in pfundis
curarū lateāt: z nulla eos amoris
summi q̄si liberi aeris cura cōtin
gat. Qui ego rebus tpalib⁹ occu
pantur: tunc dñi exteriora dispo
nunt/cū sollicite ad interiora re
fugiunt: cū neq foris pturba
tionū strepitus diligūt: sz apō se
metipsos intus in tranquillita
tis sinu requiescunt. q Capi. vij.

Prant etiā

Raue essi mētes
tpalium rerum tu
mult⁹ intra semet
ipsas versare non
cessant/etiā cū va
cant. In cogitatio
ne essi seruāt depicta q amant:z
quis nihil exterius faciant: apō
semetipsas tū sub pondere inq̄e
te quietis elaborāt. Quibus si ea
rundē rez administratio phibeat:
semetipsas funditus deserūt:et
fugitiua ac tpalia per intentio
nis cursum cōmunis cogitatio
num passibus sequunt: Pie men
tes aūt hec z cū desunt nō que
runt:z grauiter etiā cū assunt/fe
runt:q per exteriorū curam a se
extre pertimescunt. Qō bene illa
duoz fratrū vita signat: de quib⁹
scriptum est. Factus est Esau vir
gnarus venandi/z homo agricō
la: Jacob autem vir simplex habi
tauit in tabernaculis. Uel sicut
in alia translatiōe dicitur. habi
tabat domi. Quid enīz per vena
tionem Esau/nisi eorum vita fi
guratur/qui in exterioribus vo
luptatibus fusi carnez sequunt?
Qui etiam agricola esse describi
tur: q amatores secularitanto ma
gis exteriora colunt: quāto inte
rioza sua/incultaq derelinquunt.
Jacob vō vir simplex in taberna
culis/vel in domo habitare perhi
betur: q nimirum oēs q in curis
exterioribus se spargi refugiunt:
simplices in cogitatione/atq in
conscientie sue habitatione con
sistunt. In tabernaculis ergo essi aut
in domo habitare est: se intra mē
tis secreta restringere: z nequaq
exterius per desideria dissipare:
ne dum ad multa foras inbiant:
a semet ipsis alienatis cogitatiōi
bus recedant. Dicat igitur pha
tus vir z exercitatus in psperis
Nonne dissimulaui? Nonne silui?
Nōne quieui? Ut essi supra diri
mus sancti viri/cum eis transito
ria prosperitas arridet: fauorem
mundi quasi nescientes dissimu
lant: z fōrti gressu interius hoc vi
exterius subleuant calcant. Silet
autem: q nullis praue actiōis cla
moribus perstrepunt: Dis namq
iniquitas apō secreta dei iudicia
habet voces suas. Uñ scriptū est.
Clamor sodomorum z gomorreoz
multiplicatus est. Quiescit vero/
cū nō solum nullo cupiditatū tpa
lium turbulento apetitu rapiun
tur: verumetiā curis ipsentis vite
necessarijs immoderatius occupa
ri refugiunt. Sed hec agentes pa
terna adhuc flagella sentiunt vt
tanto perfectiores ad hereditatez
veniant quanto eos pie feriēs dis
ciplina/quotidie etiam de minī
mis purgat: Justa tracq indesinen
ter faciunt: z assidue dura patiun
tur: q sepe ipsa iustitia nostra ad
examen diuine iustitie deducta in
iustitia est: z sordet in districtiōe
iudicis/quod in estimatione fulget operantis. Unde paulus cum
diceret. Nihil mihi cōscius sum:
ptinus adiunxit: Sed non in hoc
iustificatus, sum. Qui cām mox cur
non sit iustificatus insinuans ait.
Qui aūt iudicat me/dñs est. Ac si
dicat. idcirco i eo q mihi mihi cō
scius sum/iustificatum me abne
go: q ab eo q me iudicat/examina
ri me subtilius scio. q Capitu. viij.

Dissimulāda ergo sunt
que exteri⁹ fouent: re
pmēda q interi⁹ per
strepūt: declināda que
q̄si necessaria inolunt:
z dū in his offib⁹ adhuc districti
examinis flagella metuenda. Qz z
ipsa nra perfectio culpa non caret
nisi hanc seuer⁹ iudex in subtili
lance examinis misericorditer pē
set. Uñ aūt subditur: q Et venit
super me indignatio. Magna q̄p
pe arte doctrine dicturus verba
pretulit recte fert: vt hinc vnusq̄s
q cōsideret: que peccātes postmo
dum supplicia mancant: si etiam
iustos tā validi huc flagella casti
gāt. Hinc est ei q̄ Petr⁹ ait. Tps
est vt iudicium incipiat de domo

Bene. 18.c.

Silere

Bene. 25.d.

Ps. 45 b.

Zeuī. 11.d.

1. Cor. 6.c.

Dani. 4.f.

Mat. 5.d.

1. Cor. 4.a.

1. Pet. 4.d.

dei. Etsi iust⁹ vir saluabit: impi⁹ z peccator ybi apparebunt? Vnde Paulus cuz multa in Thessalonicensium laude dixisset/ protinus adiunxit. Ita vt z nosipsi in vobis gloriemur in ecclia dei p patientia vra z fide ⁊ olꝺ⁹ psecutionib⁹ vris z tribulationibus quas sustinetis in exemplu iusti iudicij dei: Acsi diceret: Dum tot dura toleratis/ ꝗ ram recta agitis: quid aliud ꝙ iusti dei iudicio exempla datis? Qz ex vestra pena colligendu est qđ ferias quibus irascitur si sic vos affligi patit in quibus letatur: aut qđo illos percussurus est/ quibus iustum iudicium exhibet: si etiam vos hic cruciat/ quos pie redarguens fouet. ¶Capitulum.ix.

Prima igitur Job locutione terminata: vicissim se amici qui consolaturi pie venerat: ei⁹ increpationi subijciũt: dũq; ad cõtentionis verba prosiliũt: eã pro qua venerant causam pietatis amittunt. Quidem non prava intentione hoc faciunt: sed ꝙm affectum percussio exhibeant: percussum tñ nõ nisi p iniquitate credidernt: dũq; intentionẽ bonã nequaq; locutio cauta subsequitur: ipsa pietatis propositio in transgressionis, vitiũ vertit. Pensandũ nãq; fuerat/ cui z quãdo loquerentur. Justus ꝙppe erat ad quẽ venerant/ z diuinis verberibus cinctus. Exanteacta ergo eius vita debuerunt ea que intelligere nõ valebant illius verba ppendere: ex flagellis psentib⁹ nõ illũ redarguere/ sed de sua vita formidare: seq; flagellato iusto nõ quasi rõcinãdo erigere/ sed fiendo sociare: vt nequaq; se eorũ sciẽtia per verba ostẽderet: sed loqui recte linguã cõsolatiũ magister doctor eruditet. Qui z si qua forsitan diuersa sentirent: dignum pfecto erat vt hec humiliter dicerent: ne percussio vulnera per immoderata verba cumularent. Sepe enim quis intelligi non valent: deteriorib⁹ displicent: vel facta vel dicta meliorum: sed eo ab eis non temere reprehendenda sunt/ quo apprehẽdi veraciter nequaq; possunt. Sepe aliquid a melioribus dissimulatur vel precipitur/ qđ a minorib⁹ error putat. Sepe multa a fortibus dicũtur que infirmi 2. Reb. b.
idcirco dũdicit qz ignorant. Qđ bene bobus calcitrãtibus illis inclinata testamenti arca signauit: quam quia casuram credens leuites erigere voluit: mor sententiaz Mos iusti arcã
mortis accepit. ¶Capitulum.x.

Quid est nãq; mẽs iusti nisi arca testamenti: Que gestata a bobus calcitrantib⁹ inclinatur: quia nõnunq; ꝙ etiã qui bene pest: dũ subiectorũ populoꝝ cõfusione cõcutitur: ad dispensationis condescẽsionem ex sola dilectione permouet. Sed hoc qđ dispẽsatione agit inclinatio ipsa fortitudinis/ casus putatur imperitie. Unde nonnulli subditi contra banc manuz reprehensionis mittunt: sed a vita protinus ipsa sua temeritate deficiunt. Zenites ergo quasi aditurus manum extendit: sed delinquẽs vitã perdidit: qz dũ infirmi quiq; fortium facta corripiunt ipsa forte viuentium reprobantur. Aliqñ etiã sancti viri quedam minus cõdescendentes dicũt aliqñ verba summa pmptãtes proferunt dumq; vim vel condescensionis vel altitudinis nesciunt audacter hec stulti reprehendunt. Et quid est iustũ de sua condescensione velle corrigere/ nisi inclinatam arcã superba reprehensionis manu relenare? Quid est iustũ de incognita locutione reprehẽdere/ nisi metum eius fortitudinis error⁹ ipsum putare? Sed pdit vitã ꝙ arcã dei tumide subleuat: qz nequaq; ꝙ quis sanctorũ corrigere recta ꝙ sumeret/ nisi de se pr⁹ meliora sẽsisset. Unde recte leuites isdẽ ozi

dicitur: qđ videlicet robustus dñi interpretatur: qz presumptores ꝺs ꝙ nisi audaci mẽte robustos se in dño crederẽt nequaq; meliorũ facta vel dicta velut infirma iudicarent. Amici igit iob dũ cõtra euz quasi in dei defensionẽ psiliũt: dum ipcepti regulã superbientes excedũt: Cũ vero quedã facta meliorũ deteriorib⁹ displicẽt nequa ꝙ hoc qđ mentẽ mouet reticẽduz est: sed cũ magna humilitate pse rẽdũ: quatenus intentio pie sẽtie eo vere seruet formã rectitudinis/ quoper iter gradiẽ humilitatis. Et libere ergo dicẽda sũt que sentimus: z valde humiliter pnẽda ꝙ dicim⁹: ne z ꝙ recte iutẽdim⁹ hec elate proferẽdo nõ recta facimus. Paulus auditorib⁹ suis multa bũiliter dixerat: sed de ipsa exhortatione humili placere eos ad huc humili⁹ satagebat dicẽs: Rogo aũt fratres vt sufferatis verbũ solatij ete pauucis scripsi vobis. Epdẽs quoq; miletj valedicens afflictis ac gemẽtib⁹, humilitatez sui ad memoriã reuocat dicẽs: Vigilate memoriaz mei retinentes: qñ p triẽniũ nocte ac diu nõ cessaui cũ lachrymis monens vnũ quẽq; vrm. Et idẽ rursum p epistolam dicit: Obsecro vos fratres ego vinctus in dño: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Ꝺ inde ergo colligat si qñ aliq̃d recte sentit/ ꝺta humilitate debeat magistro loqui discipulus si ipse magister gentiũ in his ꝙ cũ auctoritate pdicat: tã submisse discipulos rogat. Hinc vnusq̃sq; colligat etiã ꝙbus bene vinẽdi: exẽpla pcipit: hoc qđ bene itelligit ꝙ humiliter dicat: si paulus illis humili sevoce se subdidit: quos ad vitam ipse fundauit. Eliphas aũt ꝙ prim⁹ amicorũ loꝺtur ꝙuis ad se cõsolãduz pietatis veniat: bũilitatẽ tñ locutionis deserẽs regulã cõsolatiõis ignorat. Qui dũ loquẽdi custodiã negligit: vsq; ad afflicti contumelias excedit dicens: ¶Tigris pe- Heb. 13. d. Act. 20. f.

ꝛist ꝙ non haberet predã: rugitus leonis et vox leene: et dentes catulorum leonũ dissipati sunt. Beatum vez iob nole nigredis quasi vitioq; varietatis notare: p leonis rugitũ eiusdẽ viri terrorẽ: p leene vocẽ loquacitatẽ conuigis: p dissipatos vero dentes catulorũ leonũ: destructã filiorũ edacitatem et audaciã signãs: Ut z dñi amicorũ sensum qui in tumidam se coꝛructione extulit/ sententia diuina reprehendit dicens: Non estis locuti coram me rectum/ sicut seruus meus iob.

Capitulum.xj.

Sed querẽdũ video cur paulus illorum sentẽtiã tanta auctoritate vrituꝛ: si de eorũ sentẽtie dñica reprehensio- 1. C. 3. d.
ne cassantur? Eliphas ꝺppe verba sunt ꝙ corinthijs intulit dicẽs sicut scriptum est: Cõprehendam sapientes in astutia eorũ. Quo ergo quasi prava respuemus/ que Paulus ex auctoritate astruit? aut quo attestatione pauli recta putauimus: que per semetipsum dñs nõ recta diffinuit: Vz vtraq; hec citius quia non sint diuersa cognoscimus: si eiusdem dominice sententie verba subtilius pensamus. quia nimirũ cum diceret. Non estis locuti coram me rectum: illico adiũxit. Sicut seruus meus iob: Licet ergo qz ꝺdã in eorũ dictis recta sint: sed meritis comparatione sepanꝺ. Nam inter alia ꝙ irrõnabiliter dicũt: mittas ad deum iob sortes suas pferũt: iz cõparate dictis sortiorib⁹ vim sortilegij amittũt. Mira sunt autem multa ꝙ dicũt: nisi in sancti viri ad uersitatẽ dicerentꝰ. In semetipsis igit magna sunt: sed qz iustũ virũ transfigere appetunt: eiusdẽ magnitudinis põd⁹ pdũt: qz z qñq; forte frustra iaculũ mittit: vt dura saxa feriãt. Eo nãq; obtusiores gl⁹ resilit: ꝙ sortiũ sorti⁹ venit. Igit amicoꝝ dicta iz in ꝙdusdã valde

sunt sortia cū tñ sceti viri sortēvitaz
rersunt: cuncti sui acuminis mu
cronē retundunt. Quia ergo t in
semetipsis magna sunt: sed cōtra
beatū Iob nullo modo assumi de
buerunt: t paulus' hec ex virtute
pensans ex auctoritate proferat: t
inde q incaute prolata sunt/ ex
persone qualitate reprehēdat. Dz
q eosdem amicos beati Iob here
ticorum tenere speciem superius
diximus: nunc eorum verba quo
modo hereticis congruāt indage
mus. Nam quedā valde recta sen
tiunt: sed tamen inter hec ad per
Unde z apte proprie subdit. ¶Et cōsumpti sūt absq̄ vlla spe. Reprobor⁹ mens ergā dies vite presentis tanto amore constringitur: vt sic semper hic appetant viuere: quatenus si valeant viuendi cursum desiderent nonnunq̄ finire cogitare quippe ventura despiciunt/spem totam in rebus trāseunt b⁹ ponunt: habere nulla nisi que ꝓtereunt concupiscunt. Cunq̄ nimis transeuntia cogitant: z mansura nullatenus sperant: sic cecitate insensibili cordis oculus claudit: vt eterne luci nullatenus intendat. Unde fit vt sepe iam corpus molestia quatiatur: z vicina mors virtutem vitalis spiritus intercidat: nec tamen curare q̄ mūdi sunt desinant: iāq̄ cos vltor ad iudiciū ꝓtrahit: z tñ ipsi exclamatiōe sollicita rebus trāseuntib⁹ occupati: nibil aliud cogitant/nisi in hoc mūdo adhuc āliter viuant: relinquenda omnia/ quasi possidenda disponunt: quia spes viuendi nō frangit/etiā cuz

vita terminat. Ita ad iudiciū trahuntur per sententiā t tñ adhuc habendis rebus inherent per cupiditatē. Dura etenim mente abesse mors longe creditur/etiā cum sentitur: sicq; a carne ista soluitur/ vt erga presentia immoderato amore se vertens cū ad eternū supplicium ducitur: hoc ipsum quoq; nesciat quo ducatur: t deserens: que amare cū termino nolunt repente sine termino inuenit/que nūq; preuidit. At cōtra electorū mēs ad eternitatis intentionē tendit/etiam cū pūs ea feliciter vita comitatur: magna carnis salute vtit: nec tamē eius fiducia alius retardatur: nullus adhuc mortis articul⁹ erūpit: et quasi presentem hāc quotidie conspicit: q; essi vita indefinēter labitur: spes ei viuendi fundit⁹ amputatur. Bene ergo de diebus preterentibus dicitur. Consumpti sunt absq; vlla spe. Ac si aperte diceretur. Mentis fiduciā in p̄senti vita non posuit: q; omne q̄ preterit/calcando superat. Unde t mox t apte subdit. ¶ Memēto q; vētus est vita mea. Hi essi vitam carnis quasi permanentes diligunt: qui ꝑa sit vite sequētis eternitas non intendunt: cuiꝰ soliditatē perhennitatis non considerant: certium patriā/tenebras lumen/cursum stationem putāt. Quia qui maiora nesciunt iudicare de minimis nequaq; possūt. Ordo quippe iudicij exigit: vt q̄ temporaliter minare nitimur transcendamus. si enim preesse reb⁹ animus nōvalet: nequaq; de his certa a quibus vincitur videt. Idcirco itaq; mēo reprobo presentis vite cursuꝰ. estimare nō sufficit: q; in admiratione illius ex amore succumbit. Sancti autem viri q̄ ad eterna coruelauant: q̄ breue sit quod fine claudi tur pensant: et eo eorum sensibus vilescit quod preterit quo intellectu radiante interlucet quod acceptuꝰ nunq; recedit. Cuiꝰ infinitatē perhennitatis aspiciūt/ nequaq; tam pro magno desiderāt/q̄d finis augustat: sꝫ sublenata mēs extra tpoīs terminos ducit/ etiaꝫ cū carne in tpe tenetur: t tanto altius finienda despicit/q̄to veri⁹ infinita cognoscit. Ex hac ipsa humane brevitatis consideratione auctori nostro magne virtutis oblatio est. Unde t recte nūc cū deprecatiōe immolatio eiusdē virtutis offertur/cum dicitur. ¶ Memento quia vētus est vita mea. Ac si aperte diceretur. Transeuntem velociter benignus respice: q; tāto a te videri misericordius debeo. q̄to ipse a consideratione brevitatis mee oculos non averto. Ex q; dum temp⁹ vite presentis abscinditur: ad operationē promerende vite vlterius non redditur/recte subiungitur. ¶ Nec reuertetur oculus meus vt videat bona. Ad videnda bona extincti oculi non reuertitur: quia ad exhibēda recta opa ejus carne anima non recurrit. Hinc est q̄ dives quē infernī flamma cruciabat: q; semet ipsum reparare operando nō posset agnouerat: nā nequaq; sibi/sꝫ relictis fratribus prodesse satagebat dicens. Rogo te pater abraam vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinq; fratres: vt testetur illis. ne et ipsi veniāt in locū hunc tormētorū. Dolet namq; mestū animū spes vel falsa refouere: sed vt penam suaꝫ reprobi grauius sentiant/spez de venia amittunt. Unde flammis vltricib⁹ traditus: non sibi (vt dirimus) sꝫ optulari fratribus concupiuit: quia nunq; se ignium carere tormentis (adiuncto desperationis supplicio) agnouit. Hinc Salomon ait. Quodcunq; potest manus tua facere instanter operare: q; nec opus nec ratio/nec scientia/ nec sapientia erūt apud inferos/quo tu properas. Nequaq; ergo ad videnda bona oculus reuertitur: q; retributionem suam mens inueniens ad operationis vsum nullatenus reuocat. Qui igitur fugit omne q̄ cernit: t mansura sunt que sequūtur: bene beat⁹ Iob vno versu tra ch̄ complectus est dicens. ¶ Memēto quia ventus est vita mea: nec reuertetur oculus me⁹ vt videat bona. Cursum quippe p̄sentium cōtemplatus ait. Memento/quia ventus est vita mea. Eternitatem vero sequentium cōsiderans adiunxit. Nec reuertet oculus me⁹ vt videat bona. Ubi apte quoq; vniuersi humani generis a redemptiōis munere destituti vocem protinus sumit dicens.

¶ Capitulum. xlij.

Nec aspiciet me vis hominis. Visus quippe dominis est misericordia redemptoris: q̄ sensibilitatis nre duriciam cū respicit emollit. Unde este quoq; euangelio dicitur. Respexit dñs petrum: t recordatus est petrus verbi quod dixerat ihesus: t egressus foras/ fleuit amare. Eternā vero carne animaꝫ nequaq; tam visus hominis aspicit: quia post mortem non liberat: quam ante mortē gratia ad veniā nō reformat. Hinc etenim Paul⁹ dicit. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Hinc psalmista ait. Qui in seculū misericordia eius: q; nimirū quez nequaq; mō misericordia eripit: sola post pūs seculuꝫ iustitia addicit. Hinc Salomon ait. Quia lignuꝫ in quo cūq; loco ceciderit/sive ad austrū/ sive ad aquilonez ibi erit: quia cū humani casus tempore sive sctūs sive malignus spūs egredientem anim. i claustra carnis acceperit: in eternum secum sine vlla pmutatione retinebit: vt nec exaltata ad supplicium prozuat: nec versa eternis supplicijs vltra ad remedium ereptionis ascēdat. Uir igitur sanctus humani generis dāna considerans q̄ a presenti seculo sine redemptoris cognitiōe subtrahitur: atq; eternis ignibus irreparabiliter sepelitur: et eiꝰ voce in se suscipiens dicat. Nec aspiciat me visus hominis quia nimirū redemptoris gratia quem nūc non intuetur vt corrigat/tunc nō respicit vt ab interitu abscondat. In iudicium quidem domin⁹ veniens peccatorem videt vt feriat: sed nonvidet vt ad largiendam salutis gratiaꝫ recognoscat: culpas examinat: t vitam pereuntium ignorat. Unde sanctus vir cuiꝰ se post presentem vitam hominis videre nō posse fateretur: apte mox subdidit. ¶ Oculi tui in me: t non subsistam. Ac si aperte diceret. Districtus ad iudiciuꝫ venies t ad saluādū nō vides: ad feriēdū vides q̄quē in pñti vita dispensatiōis tue miseratiōe nō respicis: respiciendo postmodum per iustitiam extinguis. Nūc enim peccator quisq; deum non metuit: t vtitur: dia sphemat t proficit. quia scilicet misericors creator quem expectando vult corrigere aspiciendo nō vult punire. Sicut scriptū est: Dissimulans peccata hominū propter penitentiaꝫ. Sed tūc peccator cum respicitur non subsistit q̄ cū districtus iudex merita subtiliter inquirit: reus ad tormenta non sufficit: q̄uis hoc etiam voci iustorum congruit: quorum mens semper sollicita venturo examine intendit. Omne essi quod agunt metuunt: dum caute considerant ante q̄tū iudicem stabunt: intuetur potentiam illius magnitudinis: t pensant q̄to reatu constricti sunt proprie infirmitatis: enumerant mala propriꝰ operis: t cōtra hec exaggerāt bona gratie cōditoris. Cōsiderant prava q̄ districte iudicet: bona opera q̄ subtiliter pēset: t perituros se absq; ambiguitate prescīūt: si remota pietate iudicentur: q; hoc ipsum quoq; quod iuste videmur viuere/culpa est: si vitam nostram cum iudicabant apud se diuina misericordia non excusat. Hinc enim in hoc eo

dem libro scriptum est. Astra non sunt munda in conspectu ei⁹. Qz apud eum districte iudicant: ipsi q̄ ꝯ maculas inquinationis habēt: qui p̄ mundicia sanctitatis lucēt. Bene ergo dr. Oculi tui in me et non subsistam. Q̄si aperte iustivoce dicerentur. Mi subtili examinatione discutior/perferendo iudicium non assurgo: qz ad penam vita nō sufficit: si hanc immanitas iuste remunerationis premit. Bene autem eiusdē humani generis z culpa breuiter t pena surrogat/ cum protinus subditur. ¶ Ca. xiiij

SIcut consumitur nubes z pertransit: sic qui descendit ad inferos non ascendit. Nubes quippe ad altiora suspendit/sed dē fato vento impellit vt currat: calore autem solis dissipatur vt euanescat. Sic nimirum corda sunt hominum: q̄ per acceptē rōnis ingenium ad alta emicant: impulsa autem maligni spūs flatu/prauis desideriis suoz moribus huc illucz̄ pertrahuntur: sed districto respectu superni iudicis/ quasi solis calore liquefiunt: z semel locis penalibus tradita ad operationis vsuz vltra non redeunt. Vir igit̄ fetūs elationis cursum defectiuz̄ humani generis exprimēs dicat. Sicut cōsumitur nubes z pertransit: sic q̄ descendit ad inferos nō ascendit. Q̄si aperte loqueret dicens. In altum currendo deficit/q̄ superbiendo ad interitū tendit: quē si semel culpa ad penaz pertrahit: misericordia vlterius ad ventā non reducit. Vnde z adhuc subdit. ¶ Nec reuertetur vltra in domū suam. Sicut dom⁹ est corporis habitaculum corporale: ita vnicuiq̄ mentē hoc dom⁹ fit qñ er desiderio inhabitare cōsuemit. Q̄d domū igitur suā nō reuertit: qz semel d̄sch eternis supplicijs tradit⁹: ad hoc iam vbi amore inheserat/ nullatenus reuocatur. Pōt etiam inferni nomine peccatoris ifā desperatio designari: de qua per. psalmistam dr. Ir inferno aūt ds cōfitebit tibi. Unde rursum scriptuz est. Impi⁹ cū venerit in pfundum peccatoz̄ contemnit. Quisq̄ aūt impietati succumbit: vitam pfecto iustitie moriendo derelinquit. Qui vero etiam post pctm̄ mole desperationis obruitur: d̄d aliud q̄ post mortem inferni supplicio sepelit: Bene ergo dr. Sicut consumitur nubes z pertransit sic qui descendit ad inferos nō ascendit. Quia pctm̄ cum perpetratione nequitie etiam desperatio sociat: via iā reuertionis abscinditur. Recte corda desperantium nubib⁹ comparantur: qz z caligine errozis obscura sunt: z peccatorum multiplicitate condensa: sed consumpta per transeunt: qz claritate extremi iudicij irradiata dissipantur. Solet etiam domus inhabitatio cordis intelligi. Unde sanato cuidam dicitur. Vade in domū tuam: qz nimirum dignū est vt pctōr post veniam ad mentē suā redeat: ne iteruz quo iuste fetias admittat. Qui qui ad infernum descenderit: ad domum suā vlterius nō ascendit: quia cum quez desperatio obruit: a cordis sui habitaculo foras mittit: z redire introrsus non valet: qz fusus exterius ad deteriora quotidie impulsus cadit. Ad cōtemplā dum quippe creatorem homo cōditus fuerat / vt eius semp̄ spēm quereret: atq̄ in solennitate illi⁹ amoris habitaret: sed extra se per inobedientiaz̄ missus mentis sue locū pdidit: qz tenebrosis itineribus sparsus ab inhabitatione veri luminis elōgauit. Unde z apte adhuc subditur. ¶ Capitulum. xv.

NEq̄ cognoscit euz amplius locus ei⁹. Loc⁹ q̄ppe hois/sed nō locatis ipse. s. conditoz extitit: q̄ hūc vt in semetipso consisteret creauit. Quē nimirū locū nec homo deseruit cum seductoris verba audīs/a conditoris amore discessit. Sed cum oīpotens de⁹ redimēdo se homini etiam corporali ter ostendit ipse (vt ita dixerim) fugitiui suivestigia subsequēs: ad retinendum quē amiserat hominem locus venit. Si enim appellanti locus nequaq̄ conditoz posset: deum laudans psalmista non diceret. Filij seruozum tuozum habitabunt ibi. Ibi enim non dicimus/ nisi cū locū specialiter designam⁹. Sed sunt plerīq̄ qui etiā post perceptū redēptoris auxilium ad desperationis tenebras deuoluunt: t tanto nequius pereunt / q̄to et oblata remedia misericordie contemnunt. Recte ergo de damnato dr dicit. Neq̄ cognoscit eum amplius locus eius: qz conditore suo tanto tunc districtius in iudicio nō cognoscitur/ q̄to nunc ad reparationis gr̄am nec per dona reuocat. Unde z notandū summope est q̄ nō ait: neq̄ cognoscit amplius locum suū: sed ait: neq̄ cognoscit eū amplius loc⁹ eius. Dū enim cognitio nō homini/sed loco tribuit parenter ipse conditoz loci nomine designat: qui districtus ad examen veniens vitiorum. in iniquitate durantibus dicit. Nescio vos vnde sitis. Sed electi quidē quo districte reprobos repelli cōsiderant eo semetipsos quotidie a ppetate nequitie sordibus sollicitius purgant. Cuiq̄ perituros alios frigescere a vite amore conspiciunt: studiose se ad penitentie lamēta succendunt. Unde z apte subditur. ¶ Quapropter z ego nō parcā ori meo. Qui etenim suo non parcit: q̄ cōfiteri malū q̄ fecit nō erubescit. In labore quippe os mittere est hoc ad confusionem perpetrate iniquitatis occupare. Sed iustus ori suo non parcit: quia in iudicio districti preueniens/ verbis cōtra se p̄prie cōfessionis sentit. Unde hinc psalmista ait. Preueniamus faciem eius in confessione, hinc q̄ Salomonem dicitur. Qui abscōdit scelera sua nō dirigēt: q̄ autē confessus fuerit z dereliquerit ea/ misericordiam cōsequēt. Hinc rursum scriptum est. Justus in principio accusator est sui. Sed nequaq̄ ad confessionem os panditur: nisi cum cōsideratione districti iudicis p̄ pauoz̄ spūs angustatur. Unde z apte mox subditur. ¶ Loquar in tribulatione spiritus mei. Tribulatio quippe spūs linguam cōmouet: vt reatum prauī operis voce confessionis impugnet. Sciendū quoq̄ est quia sepe z reprobi pctā cōfitentur/sed deflere cōtemnūt: electi aūt culpas suas quas vocibus confessionis aperiunt: districte animaduersionis fletibus insequuntur. Unde beatus Job dicit se post̄ se ori suo nō parcere spondit: tribulationem mor spūs subdidit. Q̄si aperte fateretur dicēs. Sic reatū lingua loquitur: vt neq̄ q̄ppere a meroris stimulo p̄ alta spūs vageī: sed culpas loquēs vulnus aperto: culpas vero ad correctionem cogitatis/ saluti vulneris et medicamie meroris quero. Qui cū mala quidē que ppetrauit insinuat/sed flere q̄ insinuauerat recusat: quasi subducta veste vulnus detegit: sed torpenti mente medicamentum vulneri non apponit. Confessionis igit̄ vocem solus necesse ē vt meror excutiat/ne vulnus p̄ditū sed neglectū: quo licentius li p̄ humanā notitiā rāgit deteriꝰ putrescat. Quo ꝑ psalmista plagas cordis nō solū detexerat: sed detexisse etiam medicamēcū meroris adhibebat dicēs. Iniquitatē mei ego p̄nūciabo: t cogitabo p̄ pctō meo. Pronūciādo aūt occultū vulnus detegit: cogitando aūt quid aliud q̄ medicamentum vulneri apponit.

¶ Capitulum. xvj.

SEd afflicte mentī et sue sollicite damna cogitanti rixa: p semetipsam oritur contra semetipsam. Nā cum se ad lamenta

penitentie instigat: occulta se ire
pationē dilaniat. Ñ ꝛ apte mor
subditur. ¶Confabulabor cum
amaritudine anime mee. Pa
nozenanq; diuini iudicij afflicti
dum quedam male gesta plangi
mus: ipsa vi nostre amaritudinis
ad discutiendos nos vigilantius
excitat: alta in nobis etiam que
amplius deflcamus inuenimus.
Nam sepe quod torpentes latuit:
flentibus subtilius innotescit: et
afflicta: mens certius inuenit ma
lum qđ fecerat ꝛ nesciebat: eiq; ri
pa sua verius aperit/ ꝓtum a veri
tatis pace deuiauit: qz reatū suū
cuius secura non meminit/ hunc
in se cōmota deprehēdit. Succre
scens quippe amaritudo pnie ve
recundanti cordi importune inge
rit illicita que cōmittit: districtuq
cōtra beoiudicē ostendit: supplici
orum minas incutit: pauoreanti
mum ferit: pudore confundit: mo
tus illicitos increpat: quietem no
tie securitatis turbat: que ei cōdi
tor bona contulit: q ipse bonis il
lius mala rādit enumerat: qđ mi
re ab eo cōditus: qđ gratuito nu
tritus: qđ rationis subsidēs in cō
ditione ditatus est: qđ conditoris
gra vocatus: qđ sequi ipse euocat
noluit qđ vocantis misericordia/
nec surdus hūc renitentēq; despe
rat: quod illuminat bonis: quod
sua sponte prauis actibus etiam
post dona cecat est: quod a cecita
tis sue erroribus paterne solici
tudinis flagellis expiatus: quod a
flagellorum doloribus ad salutis
gaudia misericordie medicamen
to reductus est: quod quibusdam
culpis etsi nō grauib subditus/
peccare tamen ꝛ inter flagella nō
desinit: quod peccatorem suum su
perna gratia nec contempta dere
liquit. Cum igitur afflictam men
tem modo per replicationem do
lorum deꝰ: modo per improperia
actionis sue tanta sceueritate in
crepat. Habet in corde iustoꝝ ama
ritudo anime linguam suā; que tā
to eis subtilius loquitur/ ꝓto ꝛ in
terius auditur. Unde ꝛ nequaq;
dicitur. Fabulabor in amaritudi
ne anime mee sed confabulabor
cum amaritudine anime mee qz
vis doloris q̄ peccata singula re
portans/ torpentem animum ad
lamenta excitat/ quasi ad eiverba
confabulatiōis formet: in quibus
semetipsum correctus inueniat: ꝛ
ad sui ꝛ custodiā sollicitior exur
gat. Dicat itaq; vir iustus ex voce
sua: ꝛ sancte ecclesie tipum tenēs
dicat et nra. Cōfabulabor cū ama
ritudine anime mee. Acsi aperte
insinuet dicens. Intus contra me
cum cordis mei dolore colloquor
ꝛ foris me a verbere iudicis absco
do. Sed mens penitentie dolori
bus pressa/ in semetipsa constrin
gitur atq; a cunctis delectationi
bus carnis forti cogitatione sepa
ratur: ad summa prospicere appe
tit ꝛ tamen adhuc de corruptione
corporis cōtradictionē sentit. Ūñ
ꝛ apte mox subditur. ¶Nunquid
mare sum ego aut cetus: quia
circūdedisti me carcere. Carce
re bono circundatur: qz plerunq;
ꝛ virtutum pfectib ad alta excur
gere nititur. ꝛ tamen carnis sue
corruptionis ꝓditur. Qua bene
ex vi psalmista deprecabitur dicēs
Educ de carcere animam meā/ ad
cōfitendum nomini tuo. Quid ve
ro appellatione maris/ nisi corda
carnalū tumidis cogitationibus
fluctuosa? Quid aūt ceti noe/ nisi
antiquus hostis exprimit: Qui dū
mentes secularū possidēdo pene
trat/ quasi in eoꝝ lubrica cogita
tione natat. Sed cetus carcere re
stringitur: qz malignus spūs in
feriorib delectus: ne ad celestia
euolare ꝓualeat/ pene sue ponde
re coartat. petro attestante q̄ air.
Deus angelis peccantibus nō pe
percit sed rudentibus inferni de
tractos in tartarum tradidit/ in
iudicium cruciandos reseruari.
Cetus carcere constringitur: quia
tentare bonos quantuz deſiderat
ꝓhibetur

prohibetur. Carcere quoq; mare
circundat: quia carnalium men
tium tumida insaniaq; desideria
ad peragenda mala que appetunt
impossibilitatis sue angustia gra
uantur. Sepe enim dñari meliori
bus concupiscunt: sed tñ eis diui
no iudicio cecta mirabiliter dispo
nēte subtrahi sunt. Nocere bonis
etiam desiderāt: ꝛ tamē subiecti ab
eis solatia sperant pro explendis
voluptatibus carnis longeuitatē
vite presentis cupiunt: sed tñ ab
ea sub celeritate rapiuntur. De hs
bus per psalmistam dr. Tractuit
aquas quasi in vtrē. Aque quippe
in vtre sunt/ cum lubrica cor desi
deria qz operis effectū non inue
niunt/ sub carnali corde deprimū
tur. Cetus ergo, ac mare circunda
tione ꝓmitur carceris: qz vel mali
gnus spūs vel sequaces illius in
quorum se mentibus colligit: at
q; in eis vndas tumentiū cogita
tionum voluīt sed vt implere ma
la que appetunt nequeant: supna
eos districtio angustat. ¶Cap. xvij.

Auctis autem viri quo
mūdiori corde celestiū
arcana cōsiderant au
ctis ad hec quotidie
ardoribus anhelant:
ibi iam plene satiari
desiderant: vñ adhuc parum aliq̄d
ore contemplationis degustant: pe
fecte cupiunt carnis stimulū subi
dere: nihil in cogitatione illicituz
de cuiuslibet iam corruptione to
lerare. Sed qz scriptum est. Corp
qđ corrumpit aggrauat aiam: ꝛ de
primit terrena inhabitatio sensuz
multa cogitantē. Intentione tam
quidem vitra semetipsos eminēt:
sed tamen adhuc infirmitatis sue
incertis motib subditi corruptio
nis se carcere clausos dolent. Ait
ergo. ¶Nunquid mare suz ego
aut cetus: qui ꝛ circundedisti
me carcere? Acsi aperte diceret.
Mare vel cetus iniqui videlicet
eorum ꝙ auctor malignus spūs: qz
effrenari ad soli perpetrande ini
quitatis licentiam appetunt / re
cte pene sue carcere constringunt
ego aūt quia iam eternitatis tue
libertatē desidero/ cur adhuc mee
carcere corruptionis premor? qđ
tamen nec a iustis superbe requi
rit: qz amore veritatis accensi in
firmitatis sue angustias transgre
di perfecte concupiscunt: nec au
ctore iustorum iniuste disponitur:
quia electorum suorum vota disse
rens cruciat: crucians purgat: vt
ad percipiendum qđ desiderāt/ qñ
q; melius ex dilatione cōualescāt.
Electi aūt quouisq; ab intima de
te differuntur/ ad cor suuz redeūt
ibiq; carnis sue tumultib absco
ſi/ quasi amenissimum secretū pe
tunt: sed in eo sepe tentationis
aculeos sentiunt carnis incenti
us patiuntur: ꝛ ibi grauissimos la
bores inueniunt/ vbi magnam rē
quietem a labore quesierunt. Unde
sanctus vir post insinuatum cor
ruptionis sue carcerem ad quietz
cordis spacia redire festinās: quia
eandem rīā ꝛ in intimis inuenit
quā ab exterioribus fugit: ptinus
subdidit dicēs. ¶Si dixero: con
solabitur me lectulus meus et
releuabor: loquens mecum in
strato meo terrebis me: ꝑ somp
nia ꝛ per visiones horroꝛe con
cutis. In sacro namq; eloquio le
ctus cubile vel stratum secretū
solet cordis intelligi. Hinc est em
ꝙ sub vnitiscuiusq; anime specie
sposa occultis stimulis sancti amo
ris excitata/ in canticis canticoꝝ
dicit. In lectulo meo: per noctes q̄
siui quem diligit anima mea. In
lectulo quippe ꝛ per noctem dile
ctus queritur: quia nimirum in
uisibilis conditoris species repre
sa omni corporee visionis imagine
in cubili cordis inuenitur. Unde
ꝛ de eisdem dilectoribus veritas
dicit. Regnum dei intra vos est.
Et rursum. Si em non abiero/ pa
raclet non veniet. Acsi aperte di
ceret. Si ab intentionis vestre ocu
lis corpus non subtrabo/ ad intel

Psal. 14.b. Mare

Lectus

Sapi. 9.b.

Can. 3.a.

Luce. 17.c

Jo. 16 b.

lectū vos inuisibilem per consolatorez spiritū nō perduco. Hinc de iustis per psalmistā dr. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubiculis suis: qz sez cuz mala ab exterioꝛib⁹ fugūt/ securi intra mentium secreta gloriantur. Sed tūc letitia cordiū perfecta erit: cū carnis ab exterioꝛib⁹ pugna nō fuerit: nā quousqz caro illicit: qz quasi nostre domus: paries quatitur/ etiā cubile turbatur. Uñ z recte per eundem psalmistā dr. Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius: qz dū nos tētatio carnis cōcutit/ tremefacta nostra infirmitas etiā mētis cubile cōfundit. Quid vero hoc loco somnia vt visiones accipimus/ nisi imaginationes vltimi districtiqz examinis: quod iā vtcūqz per timorez cernimus sed tñ⁹ est veraciter nonvidemus. Sancti itaqz viri(vt dixi mus)ad cordis secreta semper reducunt: cum ab hoc mundo vel vitra votuz prospera: vel vltra vires aduersa patiunt: atqz exterius doloꝛibus. Fessi quasi stratū vel lectum cubilia mentis petunt. Sed dum quibusdam imaginationib⁹ cogitationum ꝓ̄: sint subtilia diuinaq; iudicia conspiciūt: quasi l ipsa strat⁹ sui requie somnū visione turbantur. Contemplantur essi ꝓ̄ districtus iudex veniat qui dū vi immense magnitudinis cordium secreta illuminat/ oēs ante oculos culpas reducit: pensant quanta illic sit verecundia in cōspectu tunc totius humani generis angelorum omniū archangelorūqz confundi. Perpendunt qui post cōfusionē cruciatus maneat: et cū reatus animū immortaliter morientē/ et indesinenter deficientē carnē gehēna cōsumat. Cū itaqz tam pauida imaginatione mēs quatiē qd aliud ꝓ̄ in stratu triste somnū videt. Dicat ergo. Si dixero consolabit me lectulus meus et releuabor loquēs mecū in stratu meo: terrebis me per somnia: et per visiones horroꝛe cōcutiēs. Cessi aperte fateaꝛ/ dicēs. Si exteriora fugiēs introiuus redeo: et vtcūqz requiescere in cordis cubiculo concupisco. ibi mihi dū districtionis tue contemplatione obijcis: vehementer me per ipsas mee prouidentie imagines terrebis. Bene aūt dicitur. Et releuabor loquēs mecū in stratu meo: qz nimirū cū ad mentis nostre silētiū fessi reuertimur/ quasi in stratu colloquētes occulta intra nos cogitationum verba versamus. sed decipsa nostra colloquio in pauoꝛē vertitur: qz et il la vehementius intellectus nobis qui terroꝛez districti iudicis inno tescat/ intente aperitur.

¶ Capitulum. xviij.

Quis ꝺo hec studeat iuxta literā perscruta ri/ exq̄rēdū magnoperē est quot modis tangāt animā imagines somniorum. Aliquādo nāqz somnia ventris plenitudine vel inanitate: aliqui vero illusione aliquādo aūt cogitatione simul z illusione: aliquādo aūt reuelatiōe: aliqui aūt cogitatione simul z reuelatione generantur. Sed duo q̄ prima dixim⁹/ omnes experimēto cognoscimus: subiuncta autem quatuoꝛ in sacre scripture paginis inuenimus. Somnia etenim nisi pterūqz ab occulto hoste per illusionē fierēt nequaq̄ hoc vir sapiens indicaret dicēs. Multos errare fecerūt somnia z illusiones vane vel certe. Non augurabimini: nec obseruabitis somnia. Quibus profecto verbis cuius sint decepta tionis ostēdit: q̄ augurijs/ cōiungitur. Rursum nisi aliquādo ex cogitatione simul z illusione procedebant/ Salomon minime diceret. Multas curas sequunt somnia. Et nisi aliqui somnia ex mysterio reuelationis oriꝛent/ Joseph preferēdū se fratrib⁹ p somniū nō vi deret: nec Marie spōsum vt ab ira to puero in egyptū fugeret p somnia

Somnia secundum quot modis tangāt animā

Decima ratio. Eccli. 34.a. Beda. 19.l.

Decima ratio quarta Eccle. 5.a.

Decima ratio quinta. Bal. 37.b. Abac 2.c

Decima ratio sexta

nisi veritas admoneret. Rursum nisi aliqui sōnia cogitatione simul z reuelatiōe pcederāt: nequaq̄ Daniel ꝓpheta Nabuchodonosoꝛ/ visionē disseres: a radice cogitationis inchoasset dicēs. Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo quid esset futurū post hec: z qui reuelat mysteria ondit tibi que vētura sunt. Et paulo post subiungit dicēs. Videbat z ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna et statura sublimis stabat ꝓ̄ta te etc. Daniel itaqz dū somniū z implendū reuelentinsinuat: z er qua oꝛtum/ sit cogitatione manifestat: patenter ostēditur/ qz hoc pleriqz ex cogitatione simul z reuelatione generat. Sed nimirū cū somnia tot rerum qualitatibus alterient/ tanto eis credi difficilius dz ꝓ̄to et er quo impulsu veniant facili⁹ nō elucet. Sepe namqz malignus spūs his quos amoꝛe vite presentis vigilantes intercipit: p spem etiā dormiēti b⁹ ꝓmittit: z quos formidare aduersa considerat/ eis duri⁹ſ. multi imaginib⁹ intentat quatenꝰ indi screta mentē diuersa qualitate afficiat/ eaqz aut spe sublenās/ aut deprimēs timoꝛe cōfundat. Sepe aūt etiā sanctorū coꝛda afficere sōnijs nititur: vt ab intentione cogitationis solide ad tempus saltē momētiqz deturbentur: q̄uis ipsi ꝓtinus animū ab illusionis imaginatiōe discutiāt. Sz hostis insidijs quo eos vigilantes minime superat/ eo dormientes grauius impugnat. Que tñ hec mali gne agere superna dispensatio benigne p mittit: ne in electorū coꝛdibus ip se saltē a passionis premio somn⁹ vacet. Bñ ergo rector oim dr. Si dixero/ consolabit me lectul⁹ meꝰ z releuabor loquens mecū in stratu meo: terrebis meꝰ somnia z p visiones horroꝛe concutiēs: qz nimirū deus mirabiliter cuncta dispensat: z ipse facit: qō maligni spiritus iniuste facere appetit/ q̄ hoc fieri non nisi iuste permittit. Sz quia iustorum vita/ z per vigilias tentationū quatitur: z per somniū illusione fatigatur: fortis correptionis sue molestias tolerat/ int⁹ apōs semetipsaz grauiter illicitas cogitationes portat. Quid est quod faciat vt pedem cordis a tot scandalorum laqueis eueilat? Ecce beate vir quanta vndiqz premeris pturbatione' cognouimus: sed qō cōsilium contra hāc inueniās audiamus. Sequitur. ¶ Quāobrē electit suspendium anima mea z mortem ossa mea. Quid⁹ per animam nisi mentis intentio: quid p ossa mea nisi carnis fortitudo desiguatur? Omne aūt quod suspenditur: procul dubio ab unis elenat: Anima ergo suspēdium eligit: vt ossa moriantur: quia dū z mentis intentio ad alta sublenat: omnē in se fortitudinē vite exterioris nec at. Sancti enim viri certissime sciunt/ quia habere in hac vita requiem nequaq̄ pñt: et ideiro cō suspendiū eligunt: qz nimirū desideria terrena deserentes ad alta anim mū tollūt suspensi aūt morte suis ostibus inferunt: qz amoꝛe supne patrie in virtutū studijs accincti hoc quod fortes prius in mundo fuerant vinculo humilitatis insequuntur. Intueri. liber' quo animā suā Paulus suspenderat: qui dicebat. Uiuo autem non ego: viuit vero in me christus. Et rursū. Desiderium habens dissoluī: et esse cū christo. Et. Mihi viuere christus est: et mori lucrum. Qui gesta terrene fortitudinis ad memoriā reuocans/ quasi quedam in se ossa numerabat dicēs. Hebreus er de hebreis secundum legem phariseus secm emulationē psequēs ecclesiā dei. Sed qz suspensū se elegit: qz hec in se ossa interfecit: ptinus asserit/ q̄ subiungit. Sz q̄ mihi fuerūt lucra/ hec arbitratus sū ꝓpter christū detrimēta. Que adhuc ossa in semetipso insinuat vehementi⁹ extincta/ cum subdit. Propter omnia detrimentū feci z arbitroꝛ

Bal. 2 d.

Pbil. 1.c.

Pbil. 1.c.

Ibidē. B

Pbil. 3.b.

quē

vt stercora: Mortuis vero ossibus ꝯ exanimis pendeat ostendit: que illico subiungit/dicēs. Vt christū lucrifaciam z inueniar in illo: nō habens meam iustitiam que ex lege est/sed eam que ex fide est iesu christi. Sed quia collatis ei⁹ testimonijs Paulum ad alta suspēsum: mudo mortuū testari sumus: nūc beatum Job si plenius codē spiritu exteriorie vite concupiscentiā effugit ostendamus. Sequitur.

¶ Capitulum.xiv.

Esperaui: nequaq̄ vltra iam viuā. Sunt nonnulli iustoꝝ qui sic celestia appetunt: vt tamē a terrenoꝝ spe minime frangantur: largita diuinitus patrimonia ad necessitatis subsidium possident: honores sibi temporaliter impensos retinent: aliena nō ambiunt: suis licite vtūtur: qui tñ ab eisdez rebus quas habent alieni sunt: qz ad seipsa ḡ possidēt ex desiderio nō tenentur. Et sunt nonnulli iustoꝝ qui ad comprehendēdā cul men perfectionis accincti: duz alti ora interius appetunt/exterius cuncta derelinquūt: qui rebus se habitis nudāt/gloria honoris exoptant: qui internoꝝ desiderio p assiduitatem se amici meroris affi ciunt/habere de exterioribus consolationē nolūt. Qui internis gaudijs duz mente appropiant: vitā in se fundit⁹ corporee delectationis necant. Talib⁹ nāq̄ per Paulū dicitur. Mortui estis: z vita vestra abscondita est cum christo in deo. Hanc vocem psalmista expressit: cū dicebat. Concupiscit z deficit anima mea in atria dñi. Concupiscunt essi: sed nō deficiūt qui iam quidem celestia appetūt: sed adhuc tñ a terrenoꝝ delectationibus minime lassantur. Concupiscit vero z in atria dei deficit qui cū eterna desiderat in amore temporalium non perdurat. Hinc psalmista iterū dicit. Defecit in salutari tuo anima mea. Hinc p semetipsaz veritas admonet dicēs. Si quis vult post me venire/abnegget semetipsum. Et rursum. Qui⁹ renūtiauerit omnibus que possidet/nō pōt esse meus discipulus. Horuz igitur numero sancte virtutis a terrenis desiderijs mē te se inserit: qui ait. Desperaui/nec quaq̄ vltra iam viuā. Justo quippe desperare est/presentis vite nō eternitatis electione deserere: mālsura quereret: z in rebꝰ temporalibus fiduciā non habere. Qui bec agens: nequaq̄ se vltra viuere asserit: qz videlicet viuificatrice morte quotidie a vite se passionibus occidit. Absit essi ne vir sanctus diuine misericordie largitate desperet: nec gressum cordis a pfectu intimi itineris subtrahat: ne amorem conditoris deserens/ quasi a duce destitutus in via remanet. z confossus gladio latrocinantis desperationis ruat. Sed ne eius dicta nostri intellectꝰ arbitrio videamur violēter inflectere debemus ex posteriozibꝰ p̄missa pēsare. Quo enim sensu bec dixerit: ipse protinus indicat ḡ subiungit. Parce mihi domine: nihil enim sūt dies mei. Hecq̄ essi duo sibi bec verba q̄uenīūt desperauī z parce: nā ḡ desperat nequaq̄ ḡ tā sibi pci postulat: z ḡ adhuc sibi parci desiderat/pfecto mīme desperat. Altiūde ergo est ꝯ desperat: altiūde ꝯ parci sibi seriosvir postulat: qz nimirū dñ bōavite trāsitus per desperationē deserit: sed obtinendum que permanent in spe robustior erigit. Desperando itaq̄ melius ad spem venie ducitur: qui eo certius ventura appetit: quo presentia verius ex desperatione derelinquit. Et notandus ꝯ vim nobis sui cordis insinuans vnā quidem de se sententiam protulit: sed hanc tertio insinuando replicauit. Quod enim superi⁹ desperat. Elegit suspendium anima mea: hoc replicans addidit. Desperauī: atq̄ eterna concupiscendo/z temporalia postponendo: hoc postremo intulit. Parce mihi: z quod superius dixit: mortē ossa mea: hoc nimirum subdidit: nequaq̄ vltra iam viuā: hoc vltimo protulit. Nihil enim sunt dies mei.

¶ Capitulum.xv.

Sene autez dies suos nihil esse considerat: qz (vt paulo superi⁹ sepe iaz dixim⁹) sancti viri quo veri⁹ sūma cognoscunt/eo sublimi⁹ terrena despiciunt: z id circo ptis vite dies nihil esse conspiciunt: qz illuminate mētis oculos in consideratione eternitatis figūt. De qua dū ad se redeūt/ḡd se esse nisi puluerem agnoscunt: z infirmitatis sue conscij districte iudicare metuunt. Cuncq̄ vim tāti vigoris aspiciunt trepidant/eya minari quod sunt. Unde z adhuc apte subiungitur. ¶ Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eū cor tuū. Dominē deus magnificat: qz largitate rationis ditat: infusiōe gratie visitat: bonore collate virtutis exaltat. Cuncq̄ per semetipsum nihil sit/esse tamen eum cognitionis sue participem benignitatis manere concedit. Sed erga eundem magnificatum dominē cor suum dūs apponit: qz post dona iudicii exerit: merita subtiliter pēsat: vite ponderaue hementer examinat z tanto ab eo post districtꝰ penas erigit/quanto hunc impenso munere largius preuenit. Vir igitur sanctus immensitatem superne maiestatis aspiciat: atq̄ ad infirmitatem propriam considerationis oculum reducat: videat quia caro capere nō valet hoc quod de semetipsa veritas per spīm sanctū docet: videat: qz etiā sublenatus bio spīrit⁹ iudicii tolere non sufficit hoc tandem diligentius perscrutando sentiat: quod deus sub examine districte retributionis opera hominū subtiliter intendit z dicat. Quid est homo qz magnificas eum: aut ḡd apponis erga eū cor tuū. Acsi aperte clamet/dicēs Magnificat homo spirituali munere: sed tū caro est: z vias ei⁹ post munera spiritalia sibi diuinit⁹ cōcessa districte consideras: sed tū si remota pietate iudicetur pond⁹ qđ de tua subtilitate eminet: ferre nec subleuatus ad iustitiā spīritus valet: qz z si hūc vltra se tua dona ditatant: ad inquisitionē tui districti eranimis sua essi infirmitas angustat. Unde z adhuc apte subiungitur. ¶ Visitas eum diluculo. Quis nostrum nescit: qz diluculū dr/cuz iam nocturna tempora in claritatez lucis mutātur? Nos itaq̄ noctis tenebris premimur: cuz perpetratione iniquitatis obscuramur: sed nos in lucē vertit: cū error nr̄i obscuritas veritatis cognitione irradiatur. Nox in lucez vertitur/cum corda nostra iustitie fulgore illuminat: ḡ cecitas culpe deprimebat. Hoc diluculum discipulorum mentibus oriri Paulus aspexerat/cū discebat. Nox pcessit: dies aūt appropinquabit: Diluculo ergo nos dominus visitat: qz errorib⁹ nostri tenebras luce sue cognitionis illustrat: contēplationis munere subleuant: in arcem virtutis exaltat. Sed notandū ꝯ deus postq̄ diluculo visitat: subito hominem probat: qz z accendendo corda nostra ad virtutes promouet: z recedendo concuti tentatione permittit. Si essi post virtutum munera nulla tentatione concutitur: hoc se habere animus ex semetipso gloriatur. Ut ergo z firmitatis dona beat: z infirmitatem suam humiliter agnoscat: per accessuz gratie ad alta sustollitur: et per recessum quid ex semetipso sit ꝓbatur. Qđ bene nobis ex historia sacre lectionis innuitur: qua Salomone ex plenitus accepisse sapientiam: z

est post acceptā eandem sapientiā meretricum statim pulsatus que stione memoratur. Hoc em̄ vt tā te reuelationis gratiā acceperit: cer tamē turpiū mulierū pertulit: q̄ nimirū sepe cū mentem nostrā cō cessis virtutibus respect? intime largitatis illuminat: bāc. protin? etiaz lubrice cogitationis turbār. vt que subleuata immenso mune re exultat: etiā tentatione pulsa ta quid sit luctat. Sic t Helyas visitatus diluculo sermone celos aperuit: t tamen probatus subito infirmus per deserta fugiēs/ vnā mulierē expauit. Sic Paulus ad tertium celuz ducitur: paradisi pe netrans secreta cōsiderat: t tamē ad semetipsum rediens cōtra car nis bellum tabozat. Legem aliam in membris sustinet: cui? in se re bellione fatigari spūs legez dolet. Diluculo ergo deus hominem vi sitat: sed subito post visitationem probat: q̄ t collato munere subleuat: et abstracto ad paululuz ipsū sibi hominem demonstrat: quod eo vsq; ad pcuidubio patitur /quod deterſa funditus labe peccati ad promisse incorruptionis substantiam reformetur. Unde et adhuc apte subditur.

¶Capitulum.xxj.

B

Sz quo nō parcis mihi: nec. dimittis me vt glutiā salimā meaz? Saliua in os er capite labit: ab ore vero ad ventrem duc, tur cum glutitur. Quid itaq; ē ca put nostrū/ nisi diuinitas: p quaz existenti principium luminus/ vt creatura simus. Paulo attestante qui ait. Caput viri xps: caput aūt xpi deus. Quid aūt venter noster est nisi mens: que dū cibū suuz su pernū videlicet intellectum suscī pit: refecta procuidubio omnium membra actionum regit. Nisi enim sacra eloquia aliqñ mentez nomi ne ventris exprimerent/ Salomō vtiq; non diuisset. Zucerna domi ni spiraculū hominis que inuesti gat omnia secreta ventris. Qz ni mirū dū nos gratia superni respe ctus illuminat: cuncta etiā mētis nostre nobis abscōsa manifestat. Quid ergo saliue nomine nisi fa por intime contemplationis acci pitur: qui ad os de capite defluit: quia de claritate cōditoris adhuc in hac vita nos positos/ vir gratia reuelationis tangit. Unde t red& ptor noster veniens saliuam luto miscuit: t cecinati oculos repara uit: quia superna gratia carnalez cogitationem nostram per admi rationez siue contemplationis irra diat: t ab originali cecitate homi nem ad intellectuz reformat. Hā qz a paradisi gaudijs expulsuz/ in hoc tam erilio natura edidit: quas si a natiuitate homo sine oculis p cessit. Bz sicut sanct? vir insinuat hec saliua ad os quidem labitur: vt vero adventrem vsq; perueniat nō glutitur: q̄ diuinitatis cōrem platio sensum tāgit: sed plene me tem non reficit: quoniaz perfecte animus conspicere non valet: q̄ adhuc: q̄ caligo corruptionis ppe dit/ raptim videt: Ecce em̄ electoz mēs tā terrena dēsideria subficit: sam cuncta que considerat preter rire trāscendit: iam ab exterioruz delectatione suspenditur: t q̄si sint bona inuisibilia rimatur: atq; hec agens plerūq; in dulcedinē super ne contemplationis rapitur: itaq; de intimis aliquid quasi per cali ginē conspicit: et ardēti desiderio interesse spiritualibus angelorum ministerijs conatur: gustu incirci scripti luminis pascitur: t vitra se cuncta ad semetipsam relabi dedi gnatur. Sed quia adhuc corp? q̄ corrumpitur aggrauat animā: in berere diu luci n on valet quā rapti m videt. Ipsa quippe carnis in firmitas transcendentem se ani mam retrahit: atq; ad cogitanda ima ac necessaria suspirantem re ducit. Saliua ergo ex capite de fluens os tangit: sed ad ventrem

minime peruenit: quia a liquore superne contemplationis iam qui dem intellectus noster infundit: sed nequaq; mens plene satiatur. In ore etenim gustus est/ in vētre sa rietas. Saliuam itaq; glutire nō possum?: q̄ superne claritatis bo nosaziari nō permittimur/ q̄s adhuc ex tenuitate gustamus. Sed q̄ hocipsum quod vtcūq; iam sup na cognoscimus ex pietate parcē tis est: q; vero hoc percipere pfecte nō possumus/ adhuc ex pena vetu stelā nationis: recte nunc dr. Ut quo non parcis mihi: nec dimit tis me vt glutiā saliuā meā? Acsi apte diceret. Tunc bō plene par cis cū hunc ad perfectionem tue cōtemplationis admiseris: vt cla ritatem tuam raptus interius vi deat: et eum carnis sue corruptio exterius non repellat: tunc pmit tis vt saliuā glutiā: cum me sapo re tue claritatis vsq; ad abundan tiā satietatis infuderis: vt nequa q̄ iam per indigentiā gustu otio esuriā: sed in te solidatus irrigato mētis vētre subsistā. Sed quid p mereri vult bonum quod expetit debet malum cōfiteri quod fecit. Sequitur ¶Peccaui: quid fa ciam tibi o custos hominum? Ecce fatetur malū quod fecit: sz bonū quod deo in recōpensatiōe debeat offerre non inuenit: q̄ ad abluendam culpam quelibet hu mane actionis virtus infirma est/ nisi hanc misericordia parcentis foueat: t non iustitia recte iudi cātis pmat. Unde recte per psalmi stā dr. Melior est misericordia tua super vitā: quia quāliber videat: innocens/ apud districtū tā iudi cem nostra nos vita non liberat: si ei reatus sui debitum misericor die benignitas non relaxat. Uel certe eux dicitur. Quid facia tibi: parēter ostēdit: q̄ hec ipsa bona q̄ agere precipimur/ non preceptori sed nobis pfunt. Ut rursum per psalmistā dr. Oſſi bonoz meoz um nō indiges. Humilitas aūt nostre destitutionis exprimitur cū deus hominū custos vocatur: q̄ si eius nos custodia minime protegit an te occulti hostis insidias/ nostre solicitudinis oculus vigilās dor mit: psalmista rursus attestante q̄ ait. Nisi dñs custodierit ciuitatem inuanuz vigilant qui custodiunt eam. Per nos namq; cecidim?: sz nostris resurgere viribus nō vale mus: culpa nos proprie voluntatis semel strauit: sed pena culpe quo tidie deterius deprimit. Ad amis sam rectitudinem surgere studio rū conatibus nitimur: sed merito rum pondere grauamur. Unde et apte subditur. ¶Capitulum.xxij.

Uare posuisti me contrariū tibi t fa ctus sum mihimet ipsi grauis: Tunc si bi cōtrariū de? homi nez posuit/ cū homo peccando deuz dereliquit. Serpē tis quippe persuasionibus capt? hostis ei? extitit: cui? precepta cō tempsit: iustus vero cōditor hunc sibi contrariuz posuit: quia inimi cum er elatione deputauit. Sed hec ipsa cōtrarietas culpe facta ē homini pōdus pene: vt corruptio ni sue ipse male seruiat: qui dñ seru? de incorruptionis libertate gaudebat. Ualubrē quippe humi litatis arcez deserens ad infirmi tatis fugum superbiendo perue nit: t ceruicē cordis erigendo sup posuit: q̄ ipsi subesse diuinis iussio nibus noluit/ sub suis se necessi tatibus strauit. Quod melius ostē dimus si ea que deicer? sustinet: t pri? delicta carnis: t post pondera mētis exprimam? Ut em̄ taceam? hoc q̄ dolozib? toleratq̄ febrib? anhelat/ sua quadā egritudine cō stringitur: ipa hec nostri corporis q̄ salus vocat egritudo ē. Nā ocio tabescit: ope deficit: fedia deficiēs cibo reficit: et subsistat: refectione lassescēs: abstinētia relenat: vt vi geat: aqua pfūdit/ ne arescat: lin theis tergit: ne ipsa nimio pfusio

ne liâsiat: labore vegetat/ne âete torpeat: âete refouet/ne labore exercitatiõe succidat: fatigata vigilijs sõno reparat: oppssa sõno vigilijs excutitur/ne sua peius quiete lassetur: vestib⁹ tegitur / ne frigoris aduersitate penetret: âsito calore deficiens quarij statu refouetur. Cũq; inde molestias inuenit/ vnde vitare molestias quesiuit male sauciata (vt ita diuerim) de ipso suo medicamine languescit. Remotis ergo febribus cessantibusq; doloribus ipsa nostra salus egritudo est: cui curandi necessitas nisi deest. Quot enim solatia ad viuendi vsum ãrimus/ quasi tot nostre egritudini medicamentis obuiamus: sed ipsum quoq; medicamen in vnimus vertit. qz exquisito remedio paulo diutius inherentes ex eo grauius deficimus qõ prouide ad refectionem param⁹: sic nimirum debuit ꝓsumptio corripi: sic superbia sterni: qz enim clarius semel sumpsim⁹ spm: ecce defluctem quotidie portam⁹ luctus. Ipa quoq; mens nostra secreti interioris securo gaudio exclusa / modo spe decipit: modo pauore veratur: nõ despiciendo dolore dechcik: nõ falsa alacritate releuat: mãsitoria ptinaciter diligit: eorũq; amissione incessanter afflcit: qz t incessanter cursu rapiente permutat: rebus aũt mutabilibus subdita/t a semetipsa variat. Haz ãrens qõ non habet auria pcipit. Cũq; hoc habere ceperit/ cedet hoc pcepisse qõ quesiuit. Ãmat sepe qõ despe rat: despicit quod amauerat: cũ laboze ꝯ eterna sunt discit: sed boz repẽte obliuiscitur/ si laborare desierit: diu querit vt parum ꝺ de summis inuenit: sed ad cõsueta eẽtus relabens nec parũ in his ꝙ inuenerit perseuerat erudire appetens vir suã ignorantiã superat: sed erudita grauẽ⁹ contra cõscientie gloriaz pugnat: vir carnis sue sibi tyrannidẽ subiecit: sed tñ adhuc intus culpe imagines tolerat: cuius iam foris opera vincendo restringit: in auctoris sui inãsitione se erigit: sed reuerberatam hãc corpore: eaz rex amica caligo cõfundit semetipam qualiter incorrupta corpora corpus regat intueri volet/ t non valet: requirit mire/ quod si dẽ rãdere nõ sufficit: t sub eo ignara deficit/ qõ prudẽter requirit: amplam se simul t angustam cõsiderans qualem se veraciter estimet ignorat: qz si ampla nõ esset/ neq; tam inuestiganda requireret. Et rursum. Si angusta non esset/ hoc ipm saltem qõ ipsa reqrit inueniret. Bene ergo dz: posuisti me contrariũ tibi t factus sum mihimet ipi grauis: qz dum repulsus bõ t a carne molestijs / t a mente questionẽ tolerat: graue nimirũ pondus semetipm portat: vndiq; la nguoribus premitur: vndiq; infirmitatibus vigetur: vt qui relicto deo/ se sibi ad requiẽ sufficere dixit: nihil in se nisi tumultũ perturbationis inuenit: inuentumq; se fugere ãrit: sed auctore cõtẽpto quo se fugerit non habet. Cui⁹ infirmitatis pondera bene quidam sapiens cõtemplans ait. Et graue iugũ sup filios adã: a die exitꝰ de ventre matris eorum vsq; ad diez sepulture in matrẽ oim. Beat⁹ autem Iob ista cõsideãs: t quare ita ordinata sint ingemiscens: nõ iustitiã redarguit/ sed miseri cordiã inqrit: vt pcontãdo ipse humiliter pulset/ qõ parcendo diuina pietas immutet. Acsi aperte dicat. Cur ꝙ si cõtrariũ tibi bolem despicis: ꝙ certus scio/ qz perire ipm quẽ despicere crediderit nõ vis: Ui bi adhuc t humilitatem confessionis exprimit: t vocem libere inãsitionis adiũgit/ dicens. ¶ Capi. xviij.

Ur non tollis peccatum meum et quare nõ aufers iniquitatem meam? Quibus profecto verbis quid aliud q̃ desiderium postulati mediatoris exprimitur: qz quo Joannes ait. Ecce agnus dei/ qui tollit peccata mundi. Vel certe ab humano genere tũc peccatũ plene tollitur/ cũ per incorruptionis gloriam nra corruptio permutatur. Esse nãq; a culpa liberi nequaq̃ possumus: quouisq; in corpe mortis tenemur. Redemptoris ergo gratiam/ vel resurrectionis soliditatem desiderat/ ꝙ iniãtatez suã auferri funditus sperat. Uã mor tpenam ꝓuarications culpe inflcte quã ex origie meruit: t iudiciũ qõ ex ꝓpria actiõe pertimescit: ad iungens subdit. ¶ Ecce nunc in pulvere dormiã: t si mane me quesieris/ non subsistam. Peccãti primo homini dictũ est. Pulvis es/ t in pulverem reuerteris. Mane autẽ dz illa tunc manifestatio mentiũ/ q̃ in aduentu iudicis apertis cogitationibus quasi post noctis tenebras demonstrat. De q̃ nimirũ mane p psalmistã dz. Assane astabo tibi t videbo. Querere autem dei est/ bolem subtili interrogatione discutere/ t districte discutiendo iudicare. Beatus igitur Iob humane deiectionis dãna considerans videat: qz t ꝑsenti iam pena premit: t adhuc de futuris grauius vrgetur t dicat. Ecce nũc in pulvere dormiã: t si mane me quesieris/ nõ subsistam. Acsi apertius deplozet/ dicẽs. In presenti quidẽ mortem iam carnis patior: t tamẽ adhuc de futuro iudicio grauiorẽ mortem districtionis tue ꝑsentẽtie pertimesco. Interitum pro culpa sustineo: sed adhuc ad iudiciũ veniens culpas restitui t post interitum formido. Exteriorẽ ergo mortem considerans dicat. Ecce nunc in pulvere dormiam: interiorẽ metuens adiũgat. Et si mane me q̃sieris non subsistam. Quantalibet enim iustitia polleant: nequaq̃ fidi ad innocentiam vel electi sufficiunt/ si in iudicio districte requirantur: sed hoc nunc ad solatium sue erectionis inuenisti/ quod nequaq̃ se posse sufficere humiliter sciunt. Sub humilitatis ergo tegmine a gladio se tante animadversionis abscondit: t quo terrorem venturi iudicis ꝓstolantes continuo timore trepidant: eo intelligenter agit vt paratiores flãt.

Sequit. ¶ Capitulum octauum beati Job Et. xviij. capitulum libri octaui expositionis moralis beati Gregorij.

Espõd⁹ autem baldad suites ait. Usq; quo loqris talia et spiritus multiplex sermonis oris tui. Iniustis semper grauia sunt verba iustorum: t que ad edificationem ꝓlata audiunt dec quasi superimpositum pond⁹ ferunt. Quod de se aperte baldad suites indicat dicens. Usq; quo loqueris talia. Qui enim vsq; quo dicit: quia edificationis verba iam portare non posit ostendit. Ex cã corrigi iniqui despiciunt/ bene ꝓlata criminantur. Unde ꝓpterea subiungit. Et spiritus multiplex sermonis oris tui. Cum multiplicitas in sermone reprehenditur/ esse ꝓculdubio intelligẽtie gravitas in sensu denegat. Uis quippe summa loquẽtium quadripharia qualitate distinguit. Haz sunt nõnulli quos sentiẽdi simul ac dicendi amplitudo dilatat: sunt nõnulli quos sentiendi simul t dicẽdi inopia angustat. Sunt nonnulli ꝙ efficaciã dicẽdi habẽt/ sed acumen sentiendi nõ hñt: t sunt nonnulli ꝙ acumine sentiẽdi subnixi sunt: sed inopia locutionis obmutescunt. Hoc namq; in hominib⁹ cernim⁹/ qõm rebus sepe insensibilibus videmus. Nam plerunq; t abundans aqua ab intimis ducit et largis in superficiem meatib⁹ deriuatur. Plerunq; angusta in intimis latet: t progrediẽdi rimas difficulter inueniens/ foris angustio: exudat. Plerunq; minima in

Quadruplex ꝺ litas facultatis dicẽdi.

Bisitudo.

absconditis monstrat: cunctq; patenter qua exeat inuenit: et largo fo[ra]mine tenuis procedit: magnisq; se meatus dilatant: sed non est quo fundant. Plerunq; vero ampla in absconditis surgit: sed angustis pressa meatibus tenuissima prosilit. Sic itaq; in alijs os patens emanat, quod larg⁹ ingenij fons ministrat: in alijs intellectum nec sensus porrigit, nec lingua fundit in alijs os quidem ad loquendum patet, sed ad reddendum parata a sensu lingua nihil accipit: in alijs vero largus sentiendi fons a corde exuberat: sed hunc quasi meatus tenuis impar lingua coangustat. In quibus nimirum quatuor dicendi qualitatibus sola crimini tertia subiacet: que hoc sibi pro locutione arripit, ad qđ per ingenium non assurgit. Nā prima laudanda est: que vtroq; valenter pollet: secunda miseranda que vtroq; humiliter caret: quarta adinuanda que explere quod sentit nonvalet: tertia vero despicienda atq; reprimenda, q̄ dum sermone se erigit, sensu iacet q̄ membris inflatione tumentibus similis, ad aurea audientium vasta, sed vacua pcedit: quod nunc baldad beato Iob crimen intorquet, dicens. Spiritus multiplex sermonis oris tui. Qui enim multiplicitatem sermonis oris tribuit, profecto cordis inopiā reprehēdit. Sicut aperte dicat. Abundantia spiritus in sermone oris arguteria: sed sensus indigentia coangustatis.

¶Capitulum. xxv.

DEruere semetipsum ad studium contrarietatis erunt: sine prauum seu rectum quid a contradicentibus audiant/aduersis hoc responsionibus impugnant: qz cum persona per contrarietatem displicet: nec recta q̃ protulerit placent. Et contra bonoꝝ corda quibus in odium non venit persona sed culpa: sic peruersa dijudicant/ vt recta que dicuntur assumant discernendis quippe contradicentium sensibus equissimi arbitri residẽt: & sic male plata respuunt: vt tamẽ approbent q̃ ex veritate cognoscũt. Solet namq; inter spinarum multitudinem etiam de frugis semine spica succrescere. Cauta ergo manu operantis agendum est: vt dum spina tollitur/spica nutriat: quatenus qui studet eradicare qđ pungit nouerit seruare quod refecit. Unde & beatus Iob: qz baldad suites recte per inquisitionem dixerat. Nunquid dñs supplãtat iudicium: autem omnipotens subuerter qđ iustum est. Quicq; vera in hypocritas robustaq; protulerat: dñi hec & contra prauos generaliter p lata conspiciens: studio proprie defensionis calcat: atq; audita protinus approbat dicens.

Textꝰ libri Job Job' Ca. ix.

capitulum nonum. ¶ Vere scio quod ita sit: et non justificabitur homo: compositus deo. Homo quippe deo non compositꝰ iustitiam percipit: compositꝰ amittit: quia quisquis se auctori bonorum compat/bono se quod accepe rat priuat. Qui enim accepta bona sibi arrogat: suis contra deum donis pugnat. Unde ergo despectus erigitur: diguum est vt erectus in de destruatur. Sãctus aũt vir: qz omne virtutis nostre meritum eẽ vitium conspicit: si ab interno arbitro districte iudicetur: recte subiungit. ¶ Si voluerit contendere cum eo: non poterit respondere ei vnum pro mille. In scriptura sancta millenarius numer⁹ p vniuersitate solet intelligi. Hinc etenim psalmista ait. Verbi qđ mandauit in mille gñationes: cum p certo cõstet: q̃ ab ipso mundi exordio vsq; ad redemptoris aduentũ p cuãgelium nõ amplius q̃ septuaginta septem ppagines numerentur. Quid ergo in millenario numero: nisi ad pferendã nouam solẽ perfectã vniuersitas plcite generationis exprimit? Hinc & p Johannem dr. Et regnabũt cũ eo mille annis: qz videlicet regnum sancte ecclesie vniuersitatis pfectiõe solidat. Quia vero monas decies multiplicata in denariũ ducitur: denarius p semetipsum ductꝰ in centenariũ dilatat: qui rursus per denariũ ductus in millenariũ tẽditur: cũ ab vno incipimus vt ad millenariũ veniam⁹: quid hoc loco vnius appellatione: nisi dñi vniũdi initiũ? Quid millenarij nũeri amplitudine: nisi eiusdẽ vite bone pfectio designat? Cum deo aũt cõtendere est nõ ei tribuere: sed sibi gloriã sue ẽtutis arrogare. Sed sanctus vir cõspiciat: qz & summa iã

Millenarius quid sit significet. Ibi p. 104. a.

Apoc. 20. b.

Cum deo cõtendere

dona percipit: si de acceptis erro-
litur/q̄ acceperat amittit ⁊ dicat.
Si voluerit contendere cū eo: nō
poterit rūdere ei vnum pro mille.
Qui ēsi cum auctore prendit/vnū
p̄ mille rūdere non sufficit q̄ qui
de perfectione se erigit/ habere se
bñ viuendi nec initiū ōndit. Unū
nanq̄ p̄ mille rūdere nō possum?
q̄ cum de bone vite perfectiōe ex-
tollimur/hanc nos nec inchoasse
monstramus. Sed tunc de nostra
infirmitate vertius concutimur: si
q̄ sit immēsa potentia iudicis cō-
siderando pensamus. Unde ⁊ sub
ditur.

¶Capitulum.ij.

Sapiens corde est et
fortis roboze. Quid
mirum si conditorem
sapientiū sapientem
dicim? / quem ipsam
esse sapientiā scimus
Et quid mirū q̄ fortem esse memo
rat/quem ipsam esse fortitudinez
nullus ignorat? Sed sanctus vir
duobus verbis in laude auctoris
platis aliq̄d nobis intimat: vnde
nos ad cognitionē nostram trepi-
des reducat. Sapiens q̄ppe deus
dicitur/qui occulta nostra subtili
ter agnoscit: ⁊ esse fortis adiungit
q̄ valenter cognita percutit. Nec
falli ergo a nobis q̄ sapiēs: nec vi
tari q̄ fortis est valet. Nunc vt sa-
piens omnia inuisibilia aspicit: tūc
vt fortis sine vllo obstaculo quos
reprobat punit: qui hoc quoq̄ sic
forti sapiētia ordinat vt humana
mens cū cōtra auctorē se eleuat/
ipsa se sua elatione cōfundat. Unī
t subditur.

¶Quis restitit ei et
pacem habuit? Qui enim cūcta
mirabiliter creat: ipse: vt creata si
bimet conuenīāt ordinat. In quo
ergo conditori resistit/pacis con-
uentio dissipat: q̄ ordinata esse ne
queunt/q̄ supernī moderaminis
dispositionē perdunt. Que ēsi sub
iecta deo ⁊ tranq̄llitate persisterēt:
ipsa fidimet dimissa rectitudinis
ordinē cōfunduntq̄: in se pacem
non inueniunt: cui venienti defu
per in auctore contradicunt. Sic
summus ille angelicus spiritus: q̄
subiectus deo in culmine stare
potuisset: semetipm repulsum pa-
titur: quia per nature sue inquies
tudinem foras vagatur. Sic pri-
mus humani generis parēs quia
auctoris precepto restitit / carnis
protinus cōtumeliam sensit: ⁊ q̄
subesse conditori per obedientiaz
noluit/sub semetipso prostratus ⁊
pacem corporis ꝓtinus amisit. Be
ne ergo dicitur. Quis restitit ei et
pacem habuit? quia peruersa mēs
vnde se contra auctorem erigit: in
de in semetipsa confunditur. Re-
sistere autem deo dicimur: cum re
pugnare eius dispositionibus co-
namur. Nec ēsi nostra ifirmitas
incommutabili eius sentētie ob
uiat: sed tamen quod expleri nō
valet tentat. Nam sepe humana in
firmitas occulte vim dispositiōis
agnoscit: ⁊ tamen hanc si mutare
valeat appetit/ contraire fatagit:
sed ipso se gladio contradictionis
frangit/ordini interno renititur:
sed suis victa conatibus ligat. Ha
bere ergo pacem resistens non po
test: quia dum superbiam cōfusio
sequitur: quod stulte per culpam
geritur/hoc ex iudicantis vindi
cta mirabiliter ordinatur. Sed vir
sanctus virtute ꝓbetici spiritus
plenus: cum confusionem genera
liter superbie humane conspicit:
ad speciale malum ꝓtinꝰ plebis
israelitice oculos mentis tendit: ⁊
que pena elatos omnes maneat/
ex vnius gentis interitu ostendit.
Nam repente subiungit dicens.

¶Qui transtulit montes: ⁊ ne
scierunt hi quos subuertit in
furore suo. In scriptura sacra se-
pe montium nose/predicantes alti
tudo designatur. De quibus q̄ ꝑfecti
mistā dicitur. Suscipiant montes
pacem ꝑpō tuo. Electi quippe pre
dicatores eterne patrie non imme
rito montes vocantur: q̄ per vite
sue celsitudinem ima terrenorum
deserunt/⁊ celo propinqui fiunt,

Sed montes veritas rūstulit: cū
p̄dicatores sanctos a iudee obdu-
ratione subtrahit. Unde recte ite
rū p̄ psalmistā dicit. Transferent
mōtes in cor maris. In cor enim
maris montes translati sunt: cuz
predicantes apostoli a iudee perfi
dia repulsi ad intellectuz gentiliū
venerūt. Usi ipsi quoq̄ i suis acti-
bus dicunt. Uobis oportebat pri-
mum loqui verbum dei: sed quia
repulistis illud/⁊ indignos vos iu
dicastis eterne vite: ecce conuerti
mur ad gentes. Sed hāc eandem
translationē montiū di ipsi nescie
runt q̄ in domini furore subuersi
sunt: q̄ cū de suis finibus hebrei
apl̄os expulerūt/ lucrum se fecisse
arbitrati sunt/q̄ predicationis lu
men amiserunt. Exigentibus q̄p-
pe meritis iusta a iudeis auersione per
cussi tanto intelligentie errore ce
cati sunt: vt q̄ intē pderent/ hoc
esse gaudiū putarent. Sed repul-
sis apl̄is/a romano ꝓtinus princi
pe. Tito iudea destruit: atq̄ in cū-
ctis gentibus sparsa dissipatur.
Unde ⁊ translatis montibus re-
cte subiungitur.

¶Capitulum.iij.

Qui cōmouit terrā
de loco suo: ⁊ colū
ne ei? cōcutiuntur.
De loco q̄ppe suo ter
ra cōmota est: cum
plebs israelitica de
iudee finibus est exulsa: nimiruz
colla gentibus subdidit: q̄ subdi
auctori recusauit. Que. s. terra co-
lumnas habuit: q̄ i sacerdotes et
principes legisdoctores atq̄ pha-
riseos ruitura ei? fabrice structura
surrexit. In ipsis nāq̄ litere edi
ficium tenuit: et tranquillitatis
sue tempore sacrificiozum carna-
lium quasi superimposite fabrice
onera portauit: sed translatis mō
tibus columne concusse sunt: q̄
subductis a iudea apostolis / nec
ipsi viuere in illa ꝓmissi sunt: qui
ab illa vite p̄dicatores expulerūt.
Dignum quippe erat vt terrenam
patriam subacti perderent: cuius
amore nequaq̄ veriti sunt celestis
patrie milites impugnare. Sed ex
pulsis sanctis doctorib? iudea fū-
ditus corruit: ⁊ iusto iudicitis era
mine in errozis sui tenebras men
tis oculos clausit. Unde et adhuc
subditur.

¶Qui precipit soli et
nō oritur ⁊ stellas claudit qua
si sub signaculo. Aliquando nāq̄
in sacro eloquio solis nose pre-
dicatorum claritas designaē sicut
per Joannē di. Factus est sol vt sac
cus cilicin?. In extremo quoq̄ tpe
sol quasi cilicinus saccus ostendi-
tur: q̄ fulgens vita predicantium
ante repro bozum oculos aspera ⁊
despecta monstratur. Qui stelarum
quoq̄ claritate figurant: q̄ dū re-
cta peccatoribus predicant/tene-
bras nostre noctis illustrant. Unī
⁊ subtractis predicatorib? per pro
phetā dicitur. Prohibite sunt stel
le pluuiarum: quia vero sol p̄ diez
fulget stelle obscuritatem noctis
irradiant ⁊ plerunq̄ in sacro elo-
quio diei appellatione eterna pa-
tria/noctis autem nomine p̄sens
vita signatur: predicatores sancti
vt sol nostris oculis fiunt cum cō-
templationē nobis vere lucis ape
riunt et velut stelle in tenebris lu
cent/cum per actiuam vitam peo
futuris nostris necessitatibus ter
rena disponūt. Quasi in die vt sol
choruscant: cum ad contemplan-
dam interne claritatis patriam
mentis nostre aciem subleuant ⁊
q̄si stelle in nocte resplendēt quia
cum ⁊ terrena agunt/offensurum
iam iamq̄ nostri operis pedē exē-
plo sue rectitudinis dirigunt. Sz
quia expulsis predicatoribus non
fuit qui plebi iudaice in perfidie
sue nocte remanenti resplende-
ret: vel claritatem contemplatio-
nis ostenderet: vel actiue vite lu-
mē aperiret. Ueritas q̄ppe q̄ banc
repulsam deseruit/subtracto p̄di
cationis lumine merito sue planī
tatis excecauit: recte dicitur. Qui
precipit soli et non oritur: ⁊ stellas

claudit:quasi sub signaculo. Quiri quippe ei solez noluit:aqua predi cantium animum diuertit:z qua si sub signaculo stellas clausit:qui dñi predicatores suos per silentiuz stra semeripsos retinuit:ceciz ini quoziz mẽtibus celeste lumen ab scondit.

¶Capitulum.iiij.

PEnsanduz vero est:qz idcireo aliquid sub si gillo claudim⁹:vt hoc cũ tempus congruit/ ad mediũ proferam⁹. Et sacro eloquio attestante didicimus:ꝙ iudes q̃ nũc describit/ad finẽ fidei in fine col ligatur. Vnde namqz per Esaiã dicitur. Si fuerit numerus filiorum israel quasi arena maris/reliquie salue fient. Vnde Paulus ait. Donec plenitudo gentium intraret: z sic omnis israel salu⁹ fieret. Qui igitur predicatores suos nunc in dee oculis subtrahit/sed post modũ ostẽdet:quasi sub signaculo stellas clausit:vt abscondis pri⁹ z post ebozescentibus astrozum spiritua lium radiis noctem perfidie fue: z nũc repulsa nonvideat:z tunc il luminata deprehẽdat. Vnde est ꝙ duo illi eximij predicatozes dilata morte subtracti sunt:vt ad pdi cationis vsum in finem reuocent. De quibus per Iohannem dicit. Hi sunt due olive z duo candelabra in conspectu dñi terre astãtes: quoruꝫ vnũ in euangelio p semet ipsam veritas pollicetur dicẽs. Helias venturꝰ est:z restituet omnia Quasi ergo sub signaculo stelle clause sunt:que z nunc occultant ne appareant:z post vt prodesse valeant apparebũt. Sed tamẽ plebs israelitica que vbertim in fine col ligit:in ipsis sancte ecclesie exordiis crudeliter obduratur. Hã predicatores veritatis renuit:ꝙ verba auctoris:i sprenit. Quod tamen mi ra auctoris dispensatione agitur: vt nimirum predicantium gloria que recepta in vno populo latere poterat:in cunctis gentib⁹ repulsa dilatetur. Unde z apte mox subditur. ¶Qui extendit celos sicut pellem. Quid nãqz celorum nomine: nisi hec eadem celestis predicantium vita designatur: De quib⁹ p psalmistam dicitur. Celi enarrãt gloriam dei. Ipsi igitur celi:ipi sol esse memorantur:celi scilicet qz i tercedendo protegũt sol aũt quia predicando vim luminis ostẽdũt. Cõmota igitur terra celi extensi sunt:qz cum iudea ad vim persecutionis infremuit:apostolorum vitam dñs in cunctarum gentiuz cognitione dilatauit. Et dum illa per iudicium in mundum captiua dispergitur:isti vbiqz per gratiã in honore tenduntur. Angusti quippe celi fuerãt cum vna plebs tot egregios pdicatozes tenebat. Quis enim gentilium Petrũ noscet:si in soli⁹ israeliti ci populi predicatione remaneret? Quis Pauli virtutes agnosceret:nisi hunc ipsa dea ad nostram notitiã persequẽdo trãsmisisset? Ecce iam qui plagis z contumeliis ab israelitis pie be repulsi sunt per mũdi fines bonorantur. Sol⁹ ergo dñs celos tendit:qui secreti mira dispensatione cõsilij predicatozes suos vndeq̃ permisit in vna gente oppzimi fecit in mũdi cardines inde dilatari. Sed neqz ipsa hec presentis⁹ dicta mũdo gentilitas:cum culpas eius apostoloruꝫ lingua corripuit: verba vite libenter accepit:nã protinus in elatione contradictionis intumuit:atqz ad crudelitatem persecutionis excitauit. Sed que predicationis verbis cõtraria nititur:signorum citius admiratione temperatur. Unde z apte quoqz in auctoris laude subiungitur.

¶Capitulum.v.

ETgraditur sup fluctus maris. Quid est maris nomine / nisi in bonorum nece seuiẽs: mundi huius amaritudo signatur. De quo e

per psalmistam dicitur. Congregãs quasi in vtrẽ aquas maris. Aquas etenim maris quasi in vtrẽ domi nus cõgregat:cũ miro moderami ne cuncta dispoñs/in suis clau sas cordibus carnaliuz minas fre nat. Super fructꝰ ergo maris do minus graditur:quia cum se pro celle persecutionis erigũt miracu lorum eius obstupefactione fran guntur. Qui enim tumores buma ne vesanie mitigat: quasi erectas in cumulo vndas calcat. Iam cũ mozẽ suum gẽtilitas destrui none quersatiõis pdicatiõe cõspiceret: cũ mũdi huiꝰ diuites elationi sue contrarie viderent facta pauperũ cũ sapientes seculi aduersari sibi imperitorum verba pensarent:in persecutionis protinus tempesta te tumuerunt. Sed qui verboruz aduersitate cõmoti ad persecutio nis procellas insiliunt:signorũ (vt diximus) admiratione temperan tur. Tot ergo in bis fluctibus do minus gressus posuit:quot super bis persecutoribus miracula ostẽ dit. Unde bene rursuz per psalmi stam dicitur. Mirabiles elatiões maris:mirabilis in excelsis domi nus:qz contra electorum vitaz ad persecutionis vndaꝫ mundus se mirabiliter extulit:sed bas super nozũ conditor sublenata virtute p dicantium mirabilius strauit:mi nistros etenim suos plus ostendit posse p miracula/ꝙ potestates ter renas tumere per ira. Quod bene etiam per Hieremiaz dñs exteri ra narrans/interioza denuntiat dicens. Posui arenaz maris termi nũ preceptũ sempiternum: qũ nõ preteribit:z commouebũtur z nõ poterunt:intumescent fluctꝰ ei⁹ z non transibunt illud. Arenã ꝙpe dominus mari terminum po suit:quia ad frãgendã mundi glo riam/abiectos z pauperes elegit. Cuius nimirũ maris fluctus intumescunt: cum potestates seculi ad commotionem persecutionis exiliunt:sed transire arenam ne queunt:quia despectorum miraculis z humilitate frãguntur. Sic dum mare seuit:dum per insanie sue fluctus erigitur:qz tñ virtutis intime ostẽsione calcatur / sancta ecclesia proficit:atqz ad statum sui ordinis per temporũ, incrementa cõsurgit. Unde z apte mox subdi tur. ¶Capitulum.vj.

Arcturus.

QVi facit arcturũ et orionas z hyadas et interioza austri. Nequaꝫ sermo veritatis vanas esiodi arati et calimaci fabulas sequitur:vt arcturum nominans extremam stellarum septẽ caudã vice suspicetur:z quasi orion gladium teneat:amatoz insan⁹. Hec quippe astrozuz nomina a cultoribus sapientie carnalis inuẽta sũt sed scriptura sacra idcirco eisdẽz vocabulis vtitur vt res quas inst nuare appetit/notitia vsitate appellationis exprimantur. Nam si astra que vellet per ignota nobis nomina diceret:homo p quo dec eadem scriptura facta est:nesciret penitus dubio quid audiret. Sic igit in sacro eloquio sapientes dei ser monem trahũt a sapiẽtibus secu li:sicut in eo prouitilitate hominis vocẽ in se humane passionis ipse conditoz hominũ sumit deus: vt videlicet dicat. Penitet me feciss hominem super terram: cum pro fecto constet:qz is qui cũcta priuꝰ ꝙ veniat conspicit:nequaꝫ postꝫ aliquid fecerit:penitẽdo resipiscat. Quid ergo miruz si spiritalesvi ri vtuntur verbis carnaliũ:quan do ipe ineffabilis z creator omniũ spiũ:vt ad intellectũ suum carnẽ pertrahat/in seipso carnis sermo nem formet? In scriptura igitur sacra dum nota astrozum nomina audimus: de quibus astris ser mo mouetur agnoscimus: cuz ve ro que enarrentur astra perpendi mus:restat vt ex eorum moribus ad spiritualis intelligentie arca-

Arcturus ḋ ḋ sit z ḋ signet.

na surgamus. Necꝫ enim iurta literam mirum aliquid ꝙ deus arcturum orionas z hyadas fecit: de quo nimiruꝝ cōstat: qz nīo in mūdo nihil sit/quod ipse non fecerit. Sed sanctꝰ vir hec fecisse deū dicit: per que signari ppue ea ꝙ spūa liter geruntur intelligit. Quid nāq arcturi note qui in celi are constitutus septem stellarū radijs fulget/nisi ecclesia vniuersalis exprimitur: que in Joānis apocalypsi p septem ecclesias septēq candelabra figuratur? Que dum dona in se septiformis gratie spūs cōtinet: claritatem summe virtutis irradians/quasi ab are veritatis lucet

¶ Capitulum. vij.

Eusandux quoꝫ: ꝙ arcturus semp versatur z nūq mergitur: qz ecclesia persecutiones iniquoꝝ sine cessatione tolerat: sed tā vsqꝫ ad mundi terminū sine defectu pdurat. Sepe nāq eam reprobi qz vsqꝫ ad internitionem pſecuti sunt: qñ hāc se funditus extinxisse crediderūt: sed eo multiplicis ad statū sui pfectus redijt/quo inter manus pſequentium mouendo laborauit. Arcturus ergo dum versatur erigitur: qz tunc ecclesia valentius in veritate reficitur: cū ardentius p veritate fatigatur. Unde z apte quoꝫ post arcturum ptinus orionas subdit. Orio

Orio nes

nes ꝗppe in ipso pondere tpis byemalis oriuntur: suo quoꝫ ortu tēpestates excitant: z maria terrasqꝫ yturbant. Quid igitur post arcturum per orionas: nisi martyres designantur. ḋ duz ecclesia ad statum predicationis erigitur: pondus pſequentiū molestiasqꝫ pasſuri/ad celi faciem quasi in byeme venerunt? Unde cum natis mare terrasqꝫ turbata est: qz dum gentilitas mores suos destrui apparente illozum fortitudine doluit: in cozrectionem non solum iracūdos actuꝝ bidos sed etiam placidos erexit. Et orionibus itaqꝫ byems inboꝛruit: qz clarescēte scrōz constantia frigida mens infidelium ad tempestatem se persecutionis excitauit. Orionas ergo celum edidit: cū sancta ecclesia martyres misit: qui dum loqui recta rudibus auſi sūt omne pōdus et frigoris aduersitate pertulerunt. Bene ait protinꝰ byadas subdit: que virescente vere iam sol calozis sui vires exerit/ostēdit. Illius quippe signi initio inherent/quod sapiētes seculi tarum vocant: et quo augeri sol incipit/atqꝫ ad extendēda dies spacia feruentioꝛ erurgit. Quid ita post orionas byadum nomine/ nisi doctozes sancte ecclesie designantur qui subductis martyribus eo tempoze ad mundi notitiam venerunt: quo fides clarius elucet/z repressa infidelitatis byeme altiꝰ p corda fidelium sol veritatis calet: qui remota tempestate persecutionis: expletis noctibus longis infidelitatis tunc sancte ecclesie ecozti sunt/cum ei iam per credulitatis vernū lucidioꝛ annus aperit.

¶ Capitulum. viij.

Ecimmerito doctozes sancti byadum nūcupatione signant. Bene quippe eloquio byadas pluuia vocatur: et byadeonomen a pluuijs acceperunt: quia orte pculdubio imbres ferunt. Bene ergo byadum appellatione doctozes expressi sunt: qui ad statum vniuersalis ecclesie quasi in celi faciem deducti/super arē tem terram humani pectoris sancte predicationis imbres fuderūt Si enim predicationis sermo pluuia non esset: moyses minime dixisset. Expecter sicut pluuia eloquium meum. Et nequaqꝫ p Esayam veritas diceret. Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem: atqꝫ hoc quod paulo ante protulimꝰ. Quamobrem prohibite sunt stelle pluuiarum. Dum ergo byades cum pluuijs veniunt ad celi spacia altiora ducitur sol: quia apparente doctozum scientia: dum mens nostra imbre predicationis infunditur/fidei calor augetur: et perfusa terra ad fructum proficit/ cum lumen huius signi in celo apparuerit: quia vberius frugem boni operis redimus: duz per sacre eruditionis flammam in coꝛde clarius ardemus. Dumqꝫ per eos diebus singulis magis magisqꝫ scientia celestis ostenditur: quasi interni nobis luminis vernum tempus aperitur: vt nouus sol nostris mentibus rutilet: z eozum verbis nobis cognitis/ seipso quotidie clarioꝛ micet. Urgente etenim mundi fine superna scientia proficit: et largius cum tempore excrescit. Hinc namqꝫ per Danielem dicitur. Pertransibūt plurimi: et multiplex erit scientia. Hinc Joanni in priori parte reuelationis angelus dicit. Signa que locuta sunt septem tonitrua noli scribere. Cui tamen in eiusdē reuelationis termino precepit dicēs. Ne signaueris verba prophetice libri huius: pars quippe reuelationis anterioꝛ signari precipitur: terminus prohibetur quia quicquid in sancte ecclesie initijs latuit/finis quotidie ostendit. Nonnulli vero a greca litera que y dicitur byadas nuncupatas arbitrantur. Qđ si ita est: significationi quam diximus contrarium non est: doctozes enim dis stellis non inconuenienter expressi sunt: que a literis nomen trahunt. Sed quamuis byades ab eiusdem litere visione non discrepent: certum tamē est: quia byados imber dicitur: eo ꝙ exoꝛte pluuias apportant. Uir igitur sanctus redemptionis nostre ordinem contemplatus admiretur: atqꝫ admiranꝺo exclamet dicens. Qui extendit celos solus: z graditur super fluctus maris: qui facit arcturum et orionas et byadas. Extensis etenim celis, dominus

formauit arcturum: quia in bonorem deductis apostolis in celesti conuersatione fundauit ecclesiam. Formato quoꝫ arcturo fecit orionas: quia roborata fide vniuersalis ecclesie contra procellas mundi edidit martyres. Editis quoꝫ orionibus protulit byadas: qz conualescentibus cōtra aduersa martyribus/ad infundendam aridi tatem humanoꝝ cordium doctrinaz contulit magistroꝝ. Isti itaqꝫ sunt astrorum spiritualium ordines: qui dum summis virtutibus eminent/semper ex supernis lucent: Sed post ista ḋ restat nisi vt sancta ecclesia laboris sui fructum recipiens: ad videnda superne pſie interna perueniat. Unde z apte qz dixit. Qui facit arcturū z orionas z byadas: protinus addidit: z interiora austri.

¶ Capitulum. ix.

Auster f.

Uid nāq hoc in loco austri nomine/ nisi feruoꝛ sanctis spiritus designat: quo dum repletus ḋ qsqꝫ fuerit/ad amoꝛem patrie spūalis ignescit. Unde z sponsi voce in canticis canticoꝝ dr. Surge aquilo z veni auster: perfla hortum meū et fluent aromata illi⁹. Illustro ḋppe veniente aquilo surgens recedit: cum aduentu sancti spiritus expulsus antiquus hostis / qui in coꝛpore mentem constrinxerat deserit: atqꝫ hortus sponsi auster pflat vt aromata defluant: qz nimirum dū sanctaz ecclesiam donoꝛ suoꝝ virtutibus spiritus veritatis impleuerit: ab ea lōge lateqꝫ odoꝛes boni operis spargit. Interioꝛa ergo austri sunt occulti filii angelozum ordines et secretissimi patrie celestis sinus quos implet eoꝛ spiritussanctus. Illuc ḋppe sanctoꝝ anime / et tunc coꝛporibus exute. z postea coꝛporibus restitute perueniunt: et quasi astra in abditis occultātur. Ibi per diē quasi in meridiano tpe/ardentius

Cantic. 4. b.

solis ignis accenditur: qz condito
rie claritas mortalitatis nfe iam
pressa caligine manifestius vide-
tur: z velut sphere radius ad spa-
cia altiora se elevat: qz de semetipsa nos veritas subtilius illustrat.
Bton doctor. Ibi lumen intime cõtemplatõis
sine interveniente cernit vmbra
mutabilitatis: ibi calor summi lu
minis sine vila obscuritate corpo
ris: ibi invisibiles angelor chori
quasi astra in abditis emicãt: qui
eo nunc ab hoib⁹ videri nequeũt
quo flamma veri luminis altius
pfundunt. Valde itaq; mirum est
q̃ missis apostolis dñs celos teren
dit: q̃ temperatis persecutionũ tu
moribus/maris fluctus gradiens
repressit: q̃ solidata ecclia arctu-
rum statuit: q̃ roboratis cõtra ad-
versa martyribus ozionas nisit:
q̃ repletis in tranquillitate docto
ribus byadas pbuit: sed post hec
valde est admirabile q̃ sinum no-
bis celestis patrie quasi interiora
austri preparauit. Pulchrũ est hoc
omne/quod quasi in celi facie de
divina dispensatione cernitur: sz
longe illudz incomparabiliter pul
chrius ad qđ intuibiliter perue-
nitur. Unde bene iterum spõsus
Ibidẽ. in sponse laudib⁹ dicit: q̃ pulchra
es amica mea: q̃ pulchra es oculi
tui columbarum: ablq; eo quod in
trinsecus latet. Pulchram narrat
et pulchram replicat: quia alia est
enim pulchritudo morum in qua
nunc cernitur: atq; alia pulchritu
do premiorum in qua nunc per cõ
ditoris sui speciẽ subleuatur. Cu-
ius mẽbra videlicet omnes dilecti
qz ad cuncta simpliciter incedunt
eius oculi columbarũ vocantur/
qui magna luce irradiant: quia et
signorum miraculis choruscant.
Sed quantum est omne hoc mira
Incõp hẽsibi- culum quod videri potest/illud de
litates divini internis miraculum est mirabi-
tatis i intrinsecus latet. Abiq; eo qđ lius quod videri nõ potest. De quo
tatis i intrinsecus latet. Magna quippe illuc aperte subditur. Ablq; eo qđ
sinuat. est gloria aperti operis; sed longe incõparabilis occulte remunera-
tionis. Quod ergo per beatus Job
astror nomine: hoc Salomonis vo
cibus oculor appellatione signat:
z qđ per Salomonem dicit. Ablq;
eo quod intrinsecus latet: hoc no
bis beatus Job intimat/cum au-
stri interiora commendat. Sed ec
ce vir sanct⁹ exteriora nosans/in-
teriora cõsiderans/aperta narrãs
occulta penetrans: omne qđ inte-
rius exteriusq; agitur / dicere co-
natur. Sed opera summe magnifi
cudinis quando explicet lingua
carnis? Unde et apta mor hec cadẽ
opera melius diffiniendo compre-
hendit dicens. ¶Capitulum. x.

Qui facit magna et inscru
tabilia z mirabilia q̃r
nõ est numer⁹. Divine
fortitudinis facta tũc
verius explem⁹ cũ hec
nos explere non posse
cognoscim⁹: tũc facundius loqui-
mur: cũ ab his obstupescendo reti
cemus. Ad narrãda q̃ppe dei opera
hz defectus noster q̃ sufficien-
ter crerat lingua suã: vt que com-
prehẽdere idonee nõ valet hec ido
nee mut⁹ laudet. Uñ bñ p psalmi- p.150
stam dr. Laudate eũ in potentib⁹ a.
eius: laudate eũ sm multitudinẽ
magnitudinis ei⁹. Ille quippe do
minum sm multitudinẽ magnifi
cudinis ei⁹ laudat: q̃ se succumbe
re in eius laudis expletione consi-
derat. Dicat ergo. Qui facit ma-
gna z inscrutabilia z mirabilia q̃-
rum non est numer⁹: videlicet ma
gna virtute/z inscrutabilia ratio-
ne/innumerabilia multiplicitate
Divina ergo opera que explere di
cendo non potuit/facundius dici
endo diffinivit. Sed in cõsidera
tione rerum cur lõge extra nos du
cimur qui hoc ipsum quoq; quod
ergo nos agitur ignoramꝰ. Unde
z apte subiungitur. ¶Si venerit
ad me non videbo eũ: z si abie
rit/non intelligam eum. Recte
sum quippe ab eternis gaudijs ge
nus humanũ; exigente culpa me-
B
tis oculos

Sepe ris oculos pdidit: e quo meritoꝝ
gra pu- suoꝝ passibus gradi nescit. Sepe
tat ira est gr̃a/est donum qđ ira deputat:
Sepe e sepe diuine districtionis ira est
ira pu- qđ gratiã putat. Nam plerũq; gr̃az
tat gra estimat dona virtutũ: z tñ eisdem
donis elatus corruit: plerunq; ve
lut iram meruit aduersa tentatio
num: z tñ eisdẽ tentationib⁹ pres-
sus ad virtutum custodiã cautior
erurgit. Quis enim deo se ppinq̃-
re non estimet/cum supnis excre-
scere muneribus agnoscit: cuz vel
ꝓphetie donum: vel doctrine ma-
gisterium percipit vel ad exercen
dã curationum gr̃am conualescit?
Et tñ sepe mẽs dñi de virtutis sue
securitate resolutis insidiante ad-
uersario inopinate culpe telo pfo
ratur. Et inde a deo in eternũ lon
ge fit/vnde ei ad tempus sine cau
tele custodia propinquauit.

¶Capitulum. xj.

Et quis se derelictũ: tã
gratia divina nõ depu
tet: cũ post experimen-
tũ munditie lacessiri
se carnis tentationib⁹
videt inhonesta ad ani
mum cõgerit: z ante cogitationis
oculos non nulla impudicitie imma
da versari? Et tñ cum fatigant ista
nec superãt: nequaq̃ p pollutionẽ
trucidãt/sed p humilitatẽ seruãt:
vt infirmũ se animꝰ in tẽtatione
deprehendẽs/totũ se ad diuinita
tis adiutorium cõferat: z sui fidu
ciam funditus amittat. Sicq; fit
vt inde altius deo inhereat/vnde
se a deo profundius cecidisse suspi
rabat. Accessus igit recessusq; dei
de ten- a mẽte nostra minime cognoscit:
tatiõe quousq; rerũ alternantium finis
iterũ ignoraf: quia z de tentatiõe incer
e verũ tum est/verũ probet an trucidet: z
pbetur de donis nequaq̃ deprehenditur/
trucidet. vtrum hic desertos remunerent:
an in via nutriant/vt ad patriam
ꝓducant. Homo ergo ab eternis
gaudijs semel expulsus: clausas
contra se ianuas secreti spiritua-
lis aspiciat: atq; ad semetipm fo-
ras profectus. in carne gemat: z ce
citatis sue dãna cõsiderans dicat.
Si venerit ad me nõ videbo eum:
z si abierit nõ intelligam. Et si ap-
te deploret dicẽs. Postq̃ semel spõ
te oculos pdidi: qñ q̃ste noctis
cecitatem patior: nec ortum tam
nec occasum solis cognosco. Et tñ
hõ qui infirmitatis pena ꝓmitur:
z cecitatis sue caligine grauatur:
ad superne lucis iudicium prope-
rat: vt suez actuũ rõnem reddat.
Ubi mor subditur. ¶Si repente
interroget: quis respondebit
ei? Repente deus interrogat: cum
nos ad districtionez sui examinis
inopinatos vocat. Sed interroga
tioni illius hõ rñdere nõ sufficit
qz si remota tunc pietate discutit/
in illo examine etiã iustor vita suc
cumbit. Uel certe interrogat/ cuz
duris nos pcussionibus pulsat:
vt cum mens nra de se in tranqlli
tate est: mat: semetipsam veraciter
qualis sit in prturbatione deprhen
dat. Et plerunq; qñ qui pcutitur
gemit/sed respondere nõ sufficit:
quia z ipsa ei pcussionis sue aduer
sitas displicet: sed tñ semetipm hõ
cõsideras facet: et divina iudicia
discutere metuit: qz esse se pute-
rem agnoscit. Un z p Paulũ dr. O
homo tu quis es qui rñdeas deo?
Rñdere deo nõ posse putncit qui
homo nolatur: qz p hoc q̃ de hu-
mo sumptus est: iudicia supna di
scutere dign⁹ nõ est. Unde hic q̃ hz
apte subiungitur. ¶Uel quis ei
dicere põt: cur ita facis? Auctori
tio facta semper indiscussa vene-
randa sunt: qz iniusta nequaq̃ esse
pñt. Rõnem quippe de occulto ei⁹
iudicio q̃rere/nihil est aliud q̃ cõ-
tra eius cõsilium supbire. Cũ ergo
factorum causa nõ deprehendit re
stat vt sub factis illius cum humi
litate taceat: qz nequaq̃ sufficit sen-
sus carnis/vt secreta penetret ma
iestatis. Qui ergo in factis dei rõ
nem non videt: infirmitatem suã
considerans cur non videat ratio
nem videt. Unde et per Paulum q̃

Repẽ- re dꝰ inter- rogat.

L

Ro. 9. e.

Hõ ad humo ilo ba- mita curet.

Ibidē. subsequēter adūngitur. Nunqd dicit figmentuz qui se finxit: quare me fecisti sic? Quo essi se cernit figmentū diuini operis: eo semet ipsum redarguat: ne cōtra manū resultet operātis: qz qui benigne qđ nō erat fecit: qđ est iniuste non deserit. Ad semetipsaz ergo in percussione mens redeat: z qđ appbē dere nō valet: nō requirat. ne si dū nime ire causa discutitur/ amplius discussa pronocetur: z quam placare humilitas poterat: inertingui diliter superbia accendat. Unde z apte quoq; de hac eadem ira protinus subditur. ¶ Deus cui⁹ resistere ire nemo pōt: sub quo curuantur qui portant orbem.

Dubitatio.

Oritur dubitatio.

Admirum valde est q̄ ire dei nullū posse resistere dicitur: cum multos indignationi superne animadnersionis obuiasse eloquia diuina testētur. An nō ire dei moyses restitit: qui p cadēte populo erectū ipsum superne percussionis impetum mortis sue oblatione restrinxit dicens. Dimitte illis hanc noxiā: alioquin dele me de libro tuo quē scripsisti: An non ire dei aaron resistit: cuz inter viuentes ac mortuos thuribulum sumpsit: atq; animadnersionis ignem incēsi fumo tēperauit? An nō plūmes ire dei restitit: qui luxuriantes cum alienigenis in ipso coitu trucidans: celū sinuz diuine indignationi obtulit: z furorē gladio placauit? An nō ire dei dauid resistit: qui angelo ferienti se offerens/ placatiōis gratiā z ante tempus propositum exegit. An non bellas ire dei restitit: qui longo iam tempore terra arente subductas de celo pluuias verbo reuocauit? Quo ergo diuine ire nullū posse resistere dicitur: cum multos sepe restitisse exēplis exīstentibus demonstratur? Sz si subtiliter z beę beati Job eloquia z illoz facta pensamus z verū cognoscimus quia diuine ire nō resistitur: z verum quia multi sepe resisterunt. ¶ Capitulum. xlij.

De moyse

Exod. 32. g. Nūe. 16. g. Aaro.

Plumes.

Nume 25. b.

Dauid

Bellat

Questio.

Respō sio.

Quo sett ire dei qđ resistat.

Quo qđ nemo pōt resistere

Probat ex ēplo moyse

Dauid 2. Re. 24. f

Nullus iteruē tu ire diuina restrin gat. cū implicabiliter exeratur z dicat. Deus cui⁹ resistere ire nemo pōt. Quod bene z ad spēciale intellectū ducim⁹? si cuius dē plebis israelitice anīa pensamus: quā redemptor p dispēsationis sue mysteriū ostēsus superbiē tem deseruit: atq; ad cognitionis sue gratiā gentes vocauit. Unde z apte mor subditur. ¶ Sub quo curuantur qui portant orbez.

Basile⁹ gre ce.

Ipsi etenim orbē portāt: q curā p̄sentis seculi tolerāt. Tantoruz qp pe pōderaz unusquisq; sustinere compellit/ quāt in hoc mundo principatur. Et si z terre principes nō incōgrue basile⁹ ex greco eloquio: laos cū populo interpretat. Basile⁹ igitur basis laos vocat: qđ latina vox lingua basis populi ex: qz vez ipse sup se populū sustinet: q motus illius potestatis pōdere firmo regit. Quo essi subiectorum suorum onera tolerat: eo quasi suppositā colūnā basis portat. Beat⁹ igit̄ Iob virtute ppbetici spūs plen⁹ aspiciat qđ iudea deserit: atq; ad diuinitatis cultuz gentiū principes inclinare z dicat. De⁹ cui⁹ resistere ire nemo pōt: sub quo curuant q portāt orbē. Sicsi aperte fateat dicēs. Et subiectos quidē dñi Prite deserit: z erectas potestates gētiū misericorditer flectis. ¶ Capitu. xxiij.

Quis p hoc qđ ex. Sub quo curuant q portāt orbē: possunt z angelice virtutes intelligi. Ipse etenim orbe portant: qui regendi mundi curas administrant. Paulo attestante q ait. Nōne omnes sunt administratoriī spiritus in ministerium missi pro-

Hebre. 1. b.

Bellat 3. Reg. 17. a.

Cōtu lio.

Declaratio.

Dicere. 7. a.

Dicere. 15. a.

Questio de moyse z samuele.

Respō sio.

Zuce. 6. b.

6

vt sicut homo paruuz aliquid quasi de diuina animaduersione sentiret: qui verbo celos aperuit/ ante indignationem mulieris territus per desertū fugit: z pro semetipso infirmatur in formidinem: q furorem dei placat alios per intercessionem. Ire dei igit̄ z resistiva let/ qñ ipse qui irascitur opitulat: z resistī omnino nō valet qñ se z ad vicissitudinē excitat: z ipse precez q̄ ei fundit nō aspirat. Hinc ad dieremiam ex. Tu ergo noli orare p populo hoc: z ne assumas pro eis laudem z orationē: qz nō exaudiā in tpe clamoris eorum ad me. Et rursum. Si steterit moyses et samuel coram me non est anima mea ad populum istum. Quia in re ꝺ vtiliter pōt: cur relictis tot antiquissimis patribus ad effundēdā precē moyses z samuel tñmō prestantius elegantiusq; nominant? Quod tā facile agnoscimus/ si eos qui diligere z inimicos ꝺcipit ꝺbere fatis merita pensamus.

¶ Capitulum. xiij.

Onditoris nāq; auri bus maximeilla oratio cōmendatur: q̄ p inimicis quoq; itercedere nititur. Ait z per semetipsam veritas dicit. Orate pro persequentibus z calūniantibus vos. Et rursum. Cū stabitis ad orandū: dimittite si qđ habetis aduersus alterū. Cū vero patrū priorū facta sacro eloquio describente reuoluimus: moysen z samuelē exorasse p aduersantibus inuenimus. Unꝺ q̄p per eorū sequentis populi persecutiones fugit z tñ pro vita sui persecutoris interuenit: alter ex principatu populi delectus/ ipius sui aduersarius dicit. Absit a me hoc peccm tu ꝺno quominꝰ cessez orare p vobis. Quid est ergo in difficultate deprecādi moysen z samuelē deducere/ nisi aperti⁹ indicare: qz eius ire nec; illi si astarent obsistēre: qui ideirco p amicis interue nire citi⁹ possent: qz apud hūc inter cedere z p̄similis solerēt. Dic ad eandē iudeā ex. Plaga inimici percussi te castigatione crudeli. Et rursū. Quid clamas etiā ad me super cōtritione tua? Insanabilis ē dolor tu⁹. Uir igit̄ sciūs aspiciat: qz nullius interuētu diuina ira restringitur? cum implicabiliter exeratur z dicat. Deus cui⁹ resistere ire nemo pōt. Quod bene z ad spēciale intellectū ducim⁹? si cuius dē plebis israelitice anīa pensamus: quā redemptor p dispēsationis sue mysteriū ostēsus superbiē tem deseruit: atq; ad cognitionis sue gratiā gentes vocauit. Unde z apte mor subditur. ¶ Sub quo curuantur qui portant orbez. Ipsi etenim orbē portāt: q curā p̄sentis seculi tolerāt. Tantoruz qp pe pōderaz unusquisq; sustinere compellit/ quāt in hoc mundo principatur. Et si z terre principes nō incōgrue basile⁹ ex greco eloquio: laos cū populo interpretat. Basile⁹ igitur basis laos vocat: qđ latina vox lingua basis populi ex: qz vez ipse sup se populū sustinet: q motus illius potestatis pōdere firmo regit. Quo essi subiectorum suorum onera tolerat: eo quasi suppositā colūnā basis portat. Beat⁹ igit̄ Iob virtute ppbetici spūs plen⁹ aspiciat qđ iudea deserit: atq; ad diuinitatis cultuz gentiū principes inclinare z dicat. De⁹ cui⁹ resistere ire nemo pōt: sub quo curuant q portāt orbē. Sicsi aperte fateat dicēs. Et subiectos quidē dñi Prite deserit: z erectas potestates gētiū misericorditer flectis. ¶ Capitu. xxiij.

Quis p hoc qđ ex. Sub quo curuant q portāt orbē: possunt z angelice virtutes intelligi. Ipse etenim orbe portant: qui regendi mundi curas administrant. Paulo attestante q ait. Nōne omnes sunt administratoriī spiritus in ministerium missi pro-

Hebre. 1. b.

pter eos qui hereditatem capiūt salutis. Ait ergo. ¶ Deus cuius nemo resistere potest: sub quo curuantur qui portant orbez. Acsi humilitatez omnis creature conspiciat/ et tremefactus dicat. Quis infirmorum hominuz tuis mutibus obuiat: cuius se formidini t virtutes angelice inclinant? Uel certe quoniam cum curuamur/superiora non cernimus: erecti essent illi subtilissimi spirit⁹/ si plene potentiā eius manifestatis attingerent. Sed qui orbē portāt sub deo curui sunt: qi diuinitatis eius celsitudinem q̄nis subleuati uidere it: nec uirtutes tñ angelice cōprehendūt. Qui vir iustus pre infirmitate non penetrās: hz hāc vt cūq; ex subiectis summoui spiritū ministeriis pensans ad cōsiderationem se propriaz sollicita humilitate recolligit: sibiq; cozaz se pre potestate superne magnitudinis vilescit dicens. ¶ Quant⁹ ergo ego sum vt respondeam ei et loquar verbis meis cum eo? Acsi aperte dicat. Si creatura illa hunc considerare non ufficit hicarne non premīt: qua mēte de eius ego iudicijs disputo: q̄ pōdere corruptiōis angustor? Sicut autem sepe ad nos verba dei sunt tu dicia illius. que nostrorum actuū sententiam loquuntur ita, verba nostra ad deū sūt opera q̄ exhibemus. Sed cum deo loqui verbis suis homo nō valet: qui apud sub tile eius iudicium/ nullaz de suis actibus fiduciam tenet. Unde et apte subditur. ¶ Qui etiaz si habuero quippiā iustū: nō respōdebo: sed meum iudicez deprecaboz. Ut cūi sepe dicrim⁹: omnis humana iustitia/ iniustitia esse cōuincitur: si districte iudicet. Precce ergo post iustitiam indiget: vt que succumbere discussa poterat/ et sola iudicis pietate cōualescat. Que cum plenā perfectionē habetur: habere de illa quippiam dicitur. Quia mens humana nicom prehensa vix peragit: valde extrema sunt que comprehēdit. Dicat ergo. Qui etiam si habuero quippiā iustum /non respondebo: sed meum iudicem deprecaboz. Uelut si apertius fateatur dicēs. Et si ad opus virtutis excreuero: ad vitam nō ex meritis: sed ex venia conuolesco. Preci itaq; instendum est cum recta agimus: et omne quod iuste viuimus ex humilitate cōdiamus.

¶ Capitulum. xv.

Sed plerūq; ipsa vtilis precatio tñ multis cogitationibus quatit: vt pene a cōspectu iudicis repulsa videat: t sepe hic creator mis sericors percipit: hz qz illibatā se vt vult exercere non valet: super se iudicium reprobationis pauet. Unde t subditur. ¶ Et cuz inuocanti me exaudierit: nō credo q̄ exaudierit vocem meā. Plerūq; etenim mēs igne diuini amoris accenditur: atq; ad intuēda celestia t arcana subleuatur: ad summa iam rapitur: t perfecto deide rio compūcta/ ab infimis alienatur: sed repentina tentatione percussa/ q̄ intentione fortē erecta in deū fuerat/ oboritis cogitationib⁹ transfixa curuatur: ita vt seipsam discernere nequeat/ atq; inter vitia virtutesq; deprehensa: et qua parte sit valentior/ non agnoscat. Nam sepe ad hoc vsq; perducitur vt miretur qñ tam summa cōprehēdat qz cogitatio illicita polluit. Et rursum: qñ illicitaz cogitationem recipit: quam super se valide feruoz spūs rapit. Quos alternantes cogitationuz motus in animo bene psalmista intuens ait. Ascēdunt vsq; ad celos: t descendūt vsq; ad abyssos. Usq; ad celos quippe ascēdim⁹ cū summa penetram⁹? sed ad abyssos vsq; descendimus/ cum repente a contemplationis culmine per turpia tentamenta deiicimur. Uot⁹ itaq; animi dum inter vota t vitia alternant: nimi rum sibi certitudinem eruditionis obnubilāt. Recte ergo dicitur Et cūi innocantem me exaudierit: non credo q̄ exaudierit vocē meā qz mens ex ipsa sua mutabilitate fit trepida: et per hoc quod nolēs patitur/ repulsam se abiectāq; suspicatur. Liber intueri vir sanct⁹ q̄ta se subtilitate dīiudicat: ne q̄d in illo diuina iudicia reprehēdāt. Infirmitatem nāq; suam intuēs ait. Quantus ego sum qui respondeā ei: et loquar verbis meis cum eo? De iustitie sue meritis non cōfidens: sed ad solā se spez postulationis conferēs subdit. Qui etiā si habuero quippiam iustum/ nō respondebo: sed meum iudicem deprecaboz. Sed de ipsa quoq; postulatione paululo adiungit. Et cuz inuocantez me exaudierit: nō credo q̄ exaudierit vocem meā. Cur tanta circūspectiōe trepidat? cur tanta sollicitudine formidat: nisi quia terrorem iudicis extremāq; districtionem cōsiderat: vim discussionis illius nō ferens: omne quod gerit esse sibi sufficiens penset. Unde t protinus subdit. ¶ In turbine enim conteret me.

¶ Capitulum. xvj.

Decator quisq; in turbine atteritur/ qui erectus in tranquillitate videbatur: qz quē diu superna lōganimitas tolerat extrema iudicij cūi senectas necat: que recte turbo dicit: qz in elementorum cōmotione renitatur psalmista attestante q̄ dixit. Deus manifeste veniet: deus noster t non silebit. Ignis in conspectu ei⁹ ardebit: t in circūitu ei⁹ tempestas valida. Usi t prophera quoq; ait⁹ dicit. Dūs in tempestate et turbine vie ei⁹. In quo nimirū turbine idcirco iustus nequaq; cōteritur: quia semper hic sollicite metuit ne conteratur. Perpendit namq; adhuc in pūis vite ita mere cōstitutus humanis actibus exactor operū q̄ districtus apparebit: q̄ quosdam tunc reatu culpe originalis astrictos etiam sine operibus dānat. Usi recte vir sanct⁹ ex humani generis voce protinus adiūgit. ¶ Et multiplicauit vulnera mea etiaz sine causa. Nō nulli etenim pīs⁹ a presenti vita subtrahuntur/ q̄ ad proferēda bona mala ve merita actiue vite permanent quos qz a culpa originis sacramenta salutis non liberant t hic ex proprio nil egerunt: t illuc ad tormenta perueniunt. Quibus vnū vulnus ē corruptibiliter nasci: aliud carnaliter emori. Hz qz post mortem quoq; eterna mors sequitur: occulto eis iustoq; iudicio etiā sine causa vulnera multiplicātur. Perpetua q̄ppe tormenta percipiunt: qui nihil ex propria voluntate peccauerunt. Hinc nāq; scriptū est. Non est mundus in cōspectu eius: nec vnius diei infans sup terrā. Hinc per semetipsaz veritas dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua t spūsancto: non potest introire in regnū dei. Hinc Paulus ait. Eramus natura filij ire sicut et ceteri. Qui itaq; nullum p̄ priū adiungens ex solo originis reatu perimitur: quid iste in illo extremo examine quātū ad humani sensus estimationē/ nisi sine causa vulneratur? Sed tñ sub diuina districtione iustū est vt propago mortalis velut infructuosa arbor: t in ramis seruet amaritudinez quā traxit ex radice. Ait ergo. In turbine enim cōteret me: t multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Acsi aperte humani generis dāna considerans dicat. District⁹ iudex/ qua eos animaduersione trucidat: quos cū pa propriis actionis dānat: sit illos in eternū percutit: quos reatus arbitriū nō adiecit? Que nimirum dicta nec a beato Job specialiter discrepare cognoscimus: si hec q̄ vere prolata sunt indagamus. Semetipsum nāq; subtiliter pensās: atq; in omni actione dīiudicans: superne di

reat⁹ quosdam tunc reatu culpe originalis astrictos etiam sine operibus dānat. Usi recte vir sanct⁹ ex humani generis voce protinus adiūgit. ¶ Et multiplicauit vulnera mea etiaz sine causa. Nō nulli etenim pīs⁹ a presenti vita subtrahuntur/ q̄ ad proferēda bona mala ve merita actiue vite permanent quos qz a culpa originis sacramenta salutis non liberant t hic ex proprio nil egerunt: t illuc ad tormenta perueniunt. Quibus vnū vulnus ē corruptibiliter nasci: aliud carnaliter emori. Hz qz post mortem quoq; eterna mors sequitur: occulto eis iustoq; iudicio etiā sine causa vulnera multiplicātur. Perpetua q̄ppe tormenta percipiunt: qui nihil ex propria voluntate peccauerunt. Hinc nāq; scriptū est. Non est mundus in cōspectu eius: nec vnius diei infans sup terrā. Hinc per semetipsaz veritas dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua t spūsancto: non potest introire in regnū dei. Hinc Paulus ait. Eramus natura filij ire sicut et ceteri. Qui itaq; nullum p̄ priū adiungens ex solo originis reatu perimitur: quid iste in illo extremo examine quātū ad humani sensus estimationē/ nisi sine causa vulneratur? Sed tñ sub diuina districtione iustū est vt propago mortalis velut infructuosa arbor: t in ramis seruet amaritudinez quā traxit ex radice. Ait ergo. In turbine enim cōteret me: t multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Acsi aperte humani generis dāna considerans dicat. District⁹ iudex/ qua eos animaduersione trucidat: quos cū pa propriis actionis dānat: sit illos in eternū percutit: quos reatus arbitriū nō adiecit? Que nimirum dicta nec a beato Job specialiter discrepare cognoscimus: si hec q̄ vere prolata sunt indagamus. Semetipsum nāq; subtiliter pensās: atq; in omni actione dīiudicans: superne di

strictionis vim quãta sollicitudine pertimescat insinuat dicens. In turbine enim conteret me. Aesi aperte dicat. Idcirco hunc semper in tranquillitate timeo: qz per flagella qualis in turbine veniat nõ ignoro. Quc flagella sez & metuẽs prenidit: & preuidẽs pertulit. Vñ subiungit. Et multiplicabit vulnera mea etiã sine causa. Ut enim sepe diximus: nequaq beatus Job percussus est: vt in eo percussio virtũ tergeret: sed vt meritum augeret. Vulneratũ se itaq sine causa asserens boc de se foris loqtur: quod de illo veritas in occulto testatur dicens. Cõmouisti me aduersum eum/vt affligerem eum frustra. Vir ergo sanctus superbe nõ dixit/ quod veraciter dicit: nec per bec verba a rectitudine discrepat: per que a iudice non discordat: qui eorũdem protinus vulnerum cõtinuationem exprimit: cũ subiungit. ¶ Mõ concedit quiescere spiritum meum: & implet me amaritudinibus.

¶ Capitulum. xvñ.

Spe iustis exercitium virtutis est sola exteri9 aduersa tolerare: iz vt eoꝝ vires certamẽ plene probationis eruditat/ bona nõnũq & foris tormenta tulerant/ & intus tẽtamenta castigant. Vñ vir sanct9 impletũ se amaritudinib9 asserit. qz cũ flagella externa tolerat/ illud est granius quod de tẽtatione aduersarij in intimis portat. Et inter bec mitigat vim doloris considerata equitas et potentia feritis. Unde subiungit. ¶ Si fortitudo queritur robustissimus est: si equitas iudicij/ nemo p me audet testimoniuz dicere. Ille dppe vite causas examinat q bas per alienũ testimoniuz non explorat: qz is q distrct9 quãq ostendit illato9 posse/ ipse deus tacit9 territ testis culpe. Hinc est pet ppbetã dz. Ego suz iudex et testis, Dicit dns sum ait. Tacui: semp silui ut fui: sicut parturiens loquar. Parturiẽs nãq cũ dolore ejcit/ quod diu l abditus cũ põdere portauit. Postq lõgũ ergo silentiũ sicut parturiẽs loquitur. qz qđ apud se nimis tacitus tolerat/ in vitione quãq indicij quasi cuz dolore manifestat. Sed requirend9 nobis est iste/ vir iustus: si pro eo testimoniũ dicere q̃q presumeret/ nũquid hunc reatu liberaret? Et si huic alius testimoniũ nõ impedit/ nunq ad pfectũ p se testimoniũ saltez ipse cõnalescit? Sequit. ¶ Si iustificare me voluero/ os meũ cõdemnabit me: si innocentem ostẽdero prauũ me cõprobabit. Aesi aperte dicat. Quid de alijs loquar/ qui ipse pro me testimoniũ ferre nõvaleo? Sed qz innocẽtie tue testificari non sufficio /nunquid hocipsũ qz innocentiã habeas scies? subdit. ¶ Etiã si simplex fuero/ hocipsũ suz ignorabit anima mea. Plerũq si scimus bona que agimus/ ad elationẽ ducimur: si nescim9: minime seruamus. Quis enim aut de virtutis sue conscientia nõ quãtulumcũq superbiat. Aut qs nurs sum bonũ in se custodiat qđ ignorat. Sed contra vtraq dd superest nisi vt recta que agim9 sciendo ne sciamus: vt bec & recta estimemus & minima quaten9 & ad custodiã sensificet animũ scientia rectitudinis: & in tumorẽ nõ eleuet estimatio minorationis. ¶ Capitu. xviij.

Sed sunt nõnulla que sciri a nobis facile nequeũt/ etiã cũ geruntur. Nam sepe recto studio cõtra delinquentiũ cui pas accedimur: & cũ vtra equitatis meras per ira rapimur: boc celum iuste districtionis estimamus. Sepe officiũ predicationis assumimus vt p boc fraterne vtilitati seruiam9 sed nisi placeamus illi cui loquimur/ nequaquam libenter accipitur qđ predicamus. Cunq placere mens vitiose studet ad amorẽ laudis proprie defluit turpiter: & q̃ a captiuare vitioꝝ alios curabat eruere/ ipsa satis fanoꝝb9 incipit captiua seruire. Quasi latrũculus quippe est appetit9 laudis bñane/ qui recto itinere gradientib9 ex latere insidiat: vt ex occultis educto gladio gradientiũ vita trucidet: cuiq proposite vtilitatis intẽtio ad studia priuata deducitur/ horrẽdo modo vnũ idemq opus culpa peragit: qđ virtus inchoauit. Sepe & ipsis eroidẽs aliud cogitatio expetit: aliud actio ostendit.

¶ Capitulum. xix.

dicitur. Deum non timebat: ꝛ hominem nō reuerebatur. Hinc est etiā qđ de ꝯbusdā impudenti frōte peccantibus dictū est. Et pectī suum quasi sodoma ꝓdicauerunt. Plerunq; ergo tales sunt aduersa ecclie/ q̄ a perpetrādis malis/nec timore dñi/ nec dolm pudore refrenant. Quibus bene ꝑ bem Iob ꝛ. Et non erubescitis opprimentes me: qz etsi prauum fuit male voluisse: pius est male appetita non erubescere. Sequitur.

¶ Nempe etsi ignorauī/mecuꝫ erit ignorantia mea. Habēt hoc hereticī ꝓprium: vt de inani scientie arrogantia insolescant: ꝛ recte credentium simplicitatē sepe derideant: ꝛ nullius esse meriti vitam humilium duxāt. ¶ Cap. xliij.

TAm contra sancta ecclesia in oīe qđ veraciter sapit/sensum suū humilr deprimit: ne scientia inflet: ne in requisitione occultoꝝ tumeat: ꝛ pscrutari aliqua q̄ vltra vires sunt illis ꝓsumat. Utilius etenī studet nescire q̄ perscrutari nō valet/ ꝯ audacter diffinire que nescit. Scriptū quippe est. Dicat q̄ mel multū comedit/ nō est ei bonū: sic q̄ scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Dulcedo etenī mellis si plusq; necesse est sumit: vñ delectat os in de vita comedētis necat. Dulcis quoq; est requisitio malestatis: sed q̄ plus hāc scrutari appetit/ ꝯ humanitatis cognitio ꝓmittit: ipsa hunc eius gloria opprimit: qz velut imoderate mel sumptū pscrutantis sensum dīi nō capit rūpit. Nobiscū vero esse bz qđ ꝑ nobis ē. Et rursum nō nobiscum esse dicit qđ ꝫ nos est. Qui ergo scia sua hereticī coz inflat: fidelcs aūt cognitio ignorantie sue humiliat/ dicat beatus Iob voce sua: dicat etiam confessione vniuersalis ecclesie. Nempe ꝛ si ignorauī mecum erit ignorantia mea. Sic si aperte hereticis dicat. Dis vestra scientia vobiscum nō est: qz extra vos est/ quę stulta elatione vos erigit. Mea vero ignorātia mecū est/ qz pro me et qđ dum pscrutari de deo aliqđ sitperbe nō audeo: in veritate me humiliter seruo. Et qz decipsa hereticī q̄ scire querūt/ ad vsum solius elationis arripiūt: vt contra fideles ꝛ humiles docti videantur: recte subiungitur.

¶ Ut vos contra me erigimini. Ꝫ hoc fortasse melius verba perpendūt? si ipsis specialiter amicis beati Iob quemadmodū congruāt demōstrem⁹. Ipsi ereſi percussum iustū videtes: ad sua intima redire debuerūt: neq; ꝯ beatū Iob ꝓbis increpationis ꝺmere: sed se deflere: qz si sic peccatus fuerat q̄ ita seruiebat: qua vltione feriri merebant: q̄ nō ita seruiebat? Quibus bene dr. At vos cōtra me erigimini: acsi ei⁹ aperius dicatur: qui erigi contra vosmetipsos ex mea percussiōe debuistis?

¶ Capitulum. xv.

ORdo ꝺppe erectionis in bono iste est: vt primū ꝯ nos: postmodum ꝯtra malos erigamur. Nam q̄ contra bonos erigitur: per superbiam inflatur. Cōtra nosmetipsos ergo erigimur: qā mala ꝓpria recognoscentes: districta nosmetipsos penitētie vltiōe ferim⁹: qā nequaq; nobis i pcis parcim⁹: ꝛ nullis ergā nos cogitationū blandimētis inclinamur. Qui si districte prius nra in nobis mala insequimur: iustum ꝗs est: vt etiā ꝯtra aliena mala vtiliter erigamur. Ut ea q̄ i nobis punimus: etiam in alijs redarguendo superemus: sed hanc erectionē mali nesciunt: qi se relinquunt: ꝛ bonos impetunt. Sibi se intra cōscientiā suā mollicie blāde adulationis inclinant: ꝛ cōtra bonoꝝ vitā districtiōe asperitatis erigūtur. Unde amicis beati Iob in eius flagello tumētibus: recte dr. Ut vos cōtra me erigimini nisi. i. vosmetipsos redarguēdos re-

linquitis: ꝛ me districtio sententię increpatis. Qui cū semetipm pro nō iudicat/ qđ in alio rectum iudicet ignorat. Et si nouit fortasse peraudituꝫ qđ recte iudicare debeat: recte tamē iudicare aliena merita nō valet: cui cōscientia innocētie ꝓprie nullam iudicij regulā ꝓbet. Hinc ē cū qđ insidiātib⁹ q̄busdā ꝛ puniendā adulterā deducentibus dr. Qui sine petō est vīm / primus in illam lapidem mittat. Ad aliena ꝺppe punienda petū ibant/ ꝛ sua reliquerant. Reuocent ite q̄ intus ad pscientiā vt prius ꝓpria corrigāt/ ꝛ tunc aliena reꝓhendāt. Dunc ꝯ cū tribus beniamin i carnis scelere fuisset obruta: collectis sibi vicisci iniquitatē voluit: ꝛ cū semel ꝛ iterum in belli certamine ipse ꝓstratus est. Cōsulto autē dño si ad vlciscēdū ire debuissent/ fusum est. Qui iuxta diuine vocis imperiū prerit: ꝛ semel: ꝛ icēo perdidit: ꝛ tunc demū peccatricē tribum valde feriēs pene fundit: tus extirpit. Quid est ꝯ in vltiōe sceleris inflāmatur: ꝛ cū prius ipse ꝓ sternitur: nisi ꝯ prius ipsi purgandi sunt: per quos alioꝝ culpe feriūtur: vt ipsi iam mundi ꝓ vltionem veniāt/ qui alioꝝ vitia corrigere festinant. Un necesse est/ vt cum cōtra nos vltio diuini examinis cessat/ nra ꝓpria pscientia rephēdat ꝛ ad lamēta pnē ipsa se contra semetipsa ꝛ erigat: nec ꝯ bonos elata ꝛ sibi diuitis/ ꝗ contra se rigida fit: bonis ꝯ oībus submissa. Superbis ergo corripiendis recte nūc dicitur.

¶ Capitulum. xvj.

TRos contra me erigimini ꝛ arguitis me opprobrijs meis. Oēs elati graue cē opprobriū deputāt mala tpalia: et ꝛ tanonūquēpeč a deo despectū credunt/ quanto huic afflictū ex percussionis flagello cōspiciunt. Nil etenī in moribus: nil in actib⁹ quę rūt: sed si quoslibet in hac vita percussos viderint/ esse tam diuino iudicio dānatos arbitrant. Unde bene nūc beati Iob voce dr. Et arguitis me opprobrijs meis: qz vi q̄ cū iustum ante flagella nouerāt/ iniustū esse ex ipsa tam sua percussione iudicabant. Ꝫ si ꝛ sepe hereticī: qz afflīgi quosdam intra sanctam ecclesiam vidēt/ (Scriptum ꝺppe deo est. Flagellat oēm filium quem recipit) tribulationes fidelīū non nisi ex petō esse suspicantur. Hinc deo iustos credunt: qz in prauitatis sue sensu dimissi/ sine flagello durerunt. Sequitur. ¶ Saltem nūc intelligite: quia deus non equo iudicio afflīxerit me. O ꝯ durum sonat vox ipsti verberib⁹ afflicti: quam tamen nō elatio/ ꝫ dolor exꝓssit. Sed iustus nō est qui iustitiā in dolore deserit. Beatus autem Iob qz mite cor habuit/ nec in dura voce peccauit: nā si hunc q̄ iustitiā i dolore deseruisse in hac voce dicim⁹ imple se diabolum astruimus qđ ꝓpositum dicens. Tange os eius ꝛ carnem: si nō in facie benedixerit tibi. Ecce vanus ita ꝗstio oritur. Si ereſi nō peccauit in eo qđ dicit. Saltē nūc intelligite: qz deus non equo iudicio afflixerit me: dum (qđ dici nefas est) iniuste egisse aliqđ consentimus. Si vero peccauit/ diabol⁹ de illo qđ ꝓmisit erbibuit. Astruē dum est igitur: qz deus recte circa tio. brīm Iob egerit: ꝛ tñ brūs Iob ex eo ꝯ dicit se non iusto iudicio afflictum/ mētitus nō sit: ꝛ antiqꝰ hostis in eo ꝯ de beati viri promissione mentitus fuerat culpa/ mentitus fit. Nonnūq; nōnūq; ꝯ nanq; ideo ꝓua creduntur vera ꝯ ꝓua bona vanum: quia interior sua in ua cre telligentia minime pensantur. Sanct⁹ Beatus enim Iob vitam suā attēdebat: ꝛ ea que patiebatur flagella nostra pensabat: ꝛ videbat equum nō esse vt ad talē vitā talia flagella reciperet. Et cum dicit: non ie equo iudicio afflictum/ hoc libera voce locutus est quod i secreto suo dñs de illo aduersario eius dixerat. Cō monuisti me aduersus eum/ vt affligerem eum frustra. Quod cū dicit

Justus nō est iustitiā i dolore de seruit.

Vanus ꝗstio.

Solu dum

deus/qz frustra btūs iob afflixerit/ voc rursum btū: iob asserit: qz nō equo iudicio a dño sit afflictus. In quo itaq; peccauit/qui a sentētia auctoris sui in nullo discrepauit.

Capitulum.xvij.

Obiectio.

SEd forsitan aliqs dicat. Id nos de nobis bonuz dicere/qđ de nobis in occulto iudex dixerit sine peccato esse nō.posse. Nā quē iustus iudex laudat esse bnc iure laudabilē nō dubitat. At ꝺo si se ipse laudauerit/iam eius iusticia laude digna esse nō credit. Qđ vez recte ꝺr: si qꝺ iudex iustus per equā sniaz hoc de se ipso de quo agitur/presumat post dicere p elatiaz mentez. Nā si ipse q̄s in humili cogitatione pmanēs erigere causaꝝ dolore bona de se veracia dixerit: intantū a iusticia non recessit/inquātū a ꝟitate nullo mō discrepauit. Vñ paulus q̄s aplus multa de se fortia p discipulos suos edificatione narrauit: sed bec narrando mutime deliquit: qz a ꝟitatis tramite/z attestatione certa z corde humili nō recessit. Iusta itaq; beatus Job vitā suā sentiēs dicat/nō se esse iusto iudicio afflictū: nec peccat in hac voce/in qua nō discrepat ab auctore: qz is qđ deus frustra pcussit/ipe q̄s semetipm asserit nō iusto iudicio afflictuz. Sed rursus alia q̄stio orit: quaz iam in huius opis memini exordio solutam: cū oportēs ꝺs frustra nil faciat cur btūs iob frustra se afflixisse testet. Justus esti cōditor noster tot ꝟberibꝰ in btūm iob nō vitia illius curauit extinguere/sed merita augere. Equum ergo fuit qđ fecit p augmentū boni meriti: non vt videbat equū qꝺ causaꝝ puniret peccati. Beatus antē iob petā suaꝝ illis flagellis deleri credidit/non merita augere: z idcirco nō equuz iudiciū vocat: qz vitā suā cum flagellis examinat. Ergo si vita z flagella pēsant/nō equū fuit qꝺ btūs iob (sicut dixi) per iram districtionis sibi fieri credidit: si ꝺo mea tua dicis attendē/qua per penā iusti viri vite eius merita cumulātur: equum vel potius misericors iudicium fuit. Igit z vera iob dixit/ꝺs vitā cū flagello pensauit: z ꝺs nō iniusto iudicio iob afflixit: qz merita ex flagello cumulauit: z diabolus qđ pmiserat nō impleuit: quia btūs iob inter verba que durū sonant/z a vera sentētia z mente bumili nō recessit. Sz bec afflicti verba minus forsitan intelligim⁹/nisi sentētiam iudicis cognoscamus. Qui cū inter vtraq; partes sentētiam daret/dicit amicis Job. Non estis locuti corā me recte/sicut seruus meꝰ iob. Quis ergo stulta mente beatū iob in locutione sua peccasse fateat/dum ipsa voce iudicis recte locutꝰ asserit. Quā quidē vocem si ad psonā sancte ecclesie referamus infirmis eius membris nō incōgrue aptamus que persecutionis eius tpe dum merita illius et flagella cōsiderant: qz insultos florere ꝓspiciūt z iustos interire: boc iustū esse nullatenus suspicantur. Bene añt beati viri voce subdit.

Capitulum.xviij.

TE flagellis suis me circuierit. Aliud q̄ppe est flagellis percuti/aliud cingi. Flagellis nāq; percutimur/cū cōsolationē in dolorib⁹ ex reb⁹ aliq̄s habem⁹. Vñaz cū tāta nos afflictio deprimit/vt ex nullius rei consolatiōe respirare animus possit: nō iam flagellis solum modo fertmur/sed etiā cingimur: qz tribulationū verbere ex omni parte circūdamur. Cinctus esti flagellis Paulus fuerat/cū dicebat. Foris pugne/intus timores. Cinctus flagellis fuerat/cū dicebat. Periculis ex genere: periculis ex gentibus: periculis in ciuitate: periculis i solitudine ꝛc. que ita enumerat/vt nusq̄ se habuisse requiē ostendat. Sancta ꝺo ecclesia cum tribulationū suarū flagellis cius

2. Cor 7. b.

1. Cor 11. b.

gitur/in ea infirmi quiq; in pusillanimitatis casu rediguntē: ita vt se eo tē desperatos existimēt/quo erudiri tardius vident recte adhuc etiā ex eoz typo sancti viri voce subiungit. Ecce clamabo vīz patiens z nemo audiet: vociferaboꝛ: z nō est qui iudicet. Oipotens deus qđ nobis p futuruz esse vt leat/sciēs dissimulat erudire dolentiū voce/vt augeat vtilitatē: vt purgetur vita per penā: z tranquillitas que hic inueniri nō valet/alibi q̄rat. Sed bāc dispēsationis gr̄az nō nulli etiā fideliū ignorant. Et quoz etiā p̄sona nunc ꝺr. Ecce clamabo vim patiēs/z nemo erudiet: vociferaboꝛ/z nō est qui iudicet. Non est enim q̄ iudicet ꝺr/qñ iudicare dissimulat ipse q̄ est: q causam nostrā cōtra aduersarium preter eū q̄ iudicet non est. Nec tñ hoc sine iudicio est qꝺ iudiciū differt: qz z cū bec btūs iob diceret: z sancti viri merita/z aduersarij pena crescebāt. Hoc ipm ergo iudicij differre iudicis est. Sz aliꝰ est qđ iuste intrinsecus disponit deꝰ: aliud qđ foris flagellis attritꝰ erpetit animus. Unde adhuc de ipsa verborum expressione subiungit.

Semitā meam circūsepsit: et transire non possum: z in calle meo tenebras posuit. Circunsepta verberibus semitam suā vidit: cum transire ad securitatē cupiens: eadere flagella nō potuit. Et qz se percuti aspexit: nec tamē percussione dignam vitam in semetipso reperit: quasi in calle cozdis ignozantie tenebras inuenit: qui cur flagellaret penetrare non potuit. Qđ ad infirma quoq; membra sancte ecclesie non incongrue referꝰ: qñ p hoc qꝺ graue se egisse meminerunt/a bono quoq; opere retardentur: et ex infirmitate ppria timidi bona cōtra hec fortia aggredi nō presumunt. Timēt esti magna bona incipere: qui se i suis actibus infirmos esse meminerunt. Et cū plerunq; etiā bonū quod eligant nesciūt: quasi in calle sno positas tenebras phorrescūt. Vñaz sepe ita de suo ope fit animꝰ incertus: vt ignoret sino quidvirtus: quid culpa sit. In calle ergo suo tenebras inuenit: q in his que agere appetit: quid eligere debeat nescit.

Capitulum.xix.

Semitā igit sepe infirmitate: nō nunq̄ ꝺo ignorantia peccat: et infirmātibus membris dicit. Semitā meā circūsepsti: z transire nō possum. Ex eis ꝺo q ad ipm opus bonū qđ eligant colligāt: subdit: z in calle meo tenebras posuit. Et pena etēm culpe est videre bonū qđ agere debeat: z cū implere nō possit: z rursum ex grauiori pena culpe est: qđ agere debeat nec videre. Unde z cōtra bec ex tra. psalmiste voce ꝺr. Dñs illuminatio mea z salus mea: quē timebo. Cōtra ignorantie cēm tenebras illuminatio: cōtra infirmitatē ꝺo salus est dñs: qñ z ostēdit qđ debeat ad agendū appetit: z vires prebet: vt qđ ostendit possit implere. Sequit. Spoliauit me gloria mea: z abstulit coronā de capite meo. Quod cuncta bec beati viri inflatio positi psone cōueniāt: dubiū nō est. Sed qz bistorie ꝺba patent iuxta literam: expositione nō indigent. Oportet ergo vt p sensum debeant mysticos inuestigari. Ait nāq;. Spoliauit me gloria mea. Gloria q̄ppe vnuscuiusq; iusticia est. Sicut vero vestimentum tegit a frigore: ita iusticia munit a morte. Unde non immerito iusticia vestimēto cōparatur: cum p ppbetā ꝺr. Sacerdotes tui induantur iusticiā. Qz ꝺo afflictionis sue tpe boc iusticie vestimētū qđ eā ptegit: sancta ecclia in membris suis infirmātibꝰ amittit: dicat recte. Spoliauit me gl̄ia mea. i. iusticia ab infirmis ablata est q̄ ab eis auferri nō posset: si medullitꝰ inpeisset. Sz idcirco tollitur

Ps. 26. a.

Ps. 131. b.

tuit: qz more vestimenti exteri⁹ ad-
dit. Qua in re querendū est/ qño
sancte ecclesie mēbra dicī valeant:
qui potuerūt iustitiā perdere quā
tenere videbant. Sed sciendū est
q̄ plerūq; a mēbris eius infirmā-
tibus sustitia ad tempus amittit:
sed cū per cognitionem culpe post
modū ad penitentiaz redeūt/ sese
ad eandem iustitiā quā p̄diderant
fortius q̄ credebatur astringunt.
Vbi adhuc subdit. Et abstulit co-
ronaz de capite meo. Sicut caput
corporis prima pars est: ita princi-
pale interioris hois mens est. Co-
rona vero victorie p̄mium est/ qđ
desuper ponitur: vt q̄ certauerat
remunerēt. Qz ergo multi aduer-
sitatibus p̄ssi minime in certa-
mine perdurant/ in eis sancta ec-
clesia quasi coronā de capite amit
tit. Corona quippe in capite est/ su
pra pite: su pna re
munē- sunt plerūq; qui dum aduersitatis
ratio i bus assiguntur/ supna p̄mia cogi
mente tare negligunt: z ad p̄fectionē vi-
ctorie peruenire non possunt. In
his itaq; corona de capite auferē:
qz supernū spiritale p̄miū de mē
tis cogitatione tollit: vt exteriora
tā tranqlla appetāt: z eterna pre-
mia q̄ cogitare cōsueuerāt/ nō re-
quirāt. Dei certe caput fidelium
nō iuerito sacerdotes accipimus:
q̄ pars mēbroz dñi prima sūt. Et
z p ppbetā caput z cauda extremi
tates dr vbi vez z capitis noīe sacer
dotes/ z caude appellatione ppbete
reprobi designant. Corona ergo de
capite auferē/ cū sugne remunera
tōis p̄mia etiā ipi deserunt q̄ doc
ecclesie corpe p̄esse videbant. Et
plerūq; ducibus cadentib⁹ lati⁹
succumbit exercitus qui sequeba
tur. Vn mox post damna maioruz
de multimoda labefactione eccle
sia blicentus adiungit. ¶ Cap. xx.

Destruxit me vndiq; z
pereo: z quasi arbori abstulit spem
meā. Quasi vndiq; enim
ecclia destruē/ atq; ut in
firmis membris deperit/ qñ ipsa q̄
videbant fortia corruūt: qñ corona
de capite abstrahit. i. qñ eterna p̄
mia etiā a p̄positis negliguntur.
Bñ aūt de infirmis cadentib⁹ sub-
ditur. Et q̄si auulse arbori abstulit
spem meā. arbor q̄ppe vēro ipellē
te cadat: z quē minet terrēt / vt ad
iustitiā cōuat: q̄d aliud q̄ ar-
bor flatū venti pertulit: z statum
suę rectitudinis amisit? Quasi cū
ex vēro spem q̄didit/ qui prauoz
minis ac p̄suasionib⁹ deuictus/
eterna q̄ sperabat p̄mia reliquit.
Et q̄ plerūq; contingit/ vt penas
q̄s metuēs iustitiā deseraī: sit iudi
cante deo/ vt etiā iustitiā deserēs
penas quas timuit nō euadat. Et
q̄ mentis interitū minime timuit
etiā carnis mala tolerat que time
bat. Bñ adhuc subdit. Iratus est
cōtra me furor eius: z sic me ha
buit quasi hostē suum. Predica-
toz q̄ppe egregio attestāte dicīt
mus: qz fidelis est deus/ q̄ non pa-
tiet nos tentari supza id qđ possu
mus ferre: z faciet cū tētatione p̄-
uentū vt possim⁹ sustinere. Per
ppbetam q̄ dño dicit. Plaga inimi
ci p̄cussi te castigatione crudeli.
Qui ergo ita p̄cutit vt vires illi⁹
a p̄cussione superent: nō. būc dñs
ita q̄si filiū p disciplinā suā. quasi bo
ste p ira ferit. Cū ergo virtutē ipe
patiētie flagella trāscūt/ valde me
tuendū ē ne petitiones his exigēdo⁹/
nō quasi filiū a patre: sed quasi bo
stes a dño feriamur. Et qz fit ple-
rūq; vt etiā maligni spūs afflictos
rum cordib⁹ multa suadeant: atq;
inter flagella q̄ exterius feriunt/
cogitationes noxias in mētib⁹ fun
dant: post furorē dñi recte subiun-
gitur. Q.d. simul venerunt latro-
nes eius: z fecerunt sibi viā per
me. Latrones nāmq; ei⁹ maligni
sunt spiritus: qui exquirendis bo
minum mortibus occupātur. Qui spūs
viam sibi in afflictoz cordibus fa-
ciunt/ quando inter aduersa que q̄li-
exterius tolerantur: cogitationes
quoq; p̄uas immittere non de

Maligni spiritꝰ exoi latere temen tem ob fident.

sistunt. De quibus adhuc dicitur.
¶ Et obsederunt in giro taberna-
culum meū. In giro eñ tabernā-
culum obsident/ qñ ex omni latere
suis tentationib⁹ mentē cingunt:
quā modo lugere de p̄teritis/ mō
desperare de eternis/ mō in impa
tientiā ruere: atq; in deū blispho-
mie verba iaculari pessima sugge-
stione p̄suadent. Que tñ verba (vt
iā p̄dixim⁹) brē iob iuxta historiā
cōgnit: q̄ dū mala q̄ ptulit ante
oculos ꝓgessit: nō q̄si corrigēdū filiū
sz q̄si hostē p̄cussuz se ee iudicauit.
Per quē sibi et latrones ei⁹ viā fe
cerūt: qz maligni spūs licētiā
p̄cussiōis acceperūt. Cui¶ giro ta-
bernaculuz obsederūt: qz sublatis
rebus z filiis/ etiā corpus eius oē
vulneribus attriuerūt. ¶ Ca. xxj.

Sed utrum valde ē/ cū
latrones diceret: cur
addidit eius: vt videli
cet eos sibi latrones dei
esse mōstraret. Qua in
re si voluntas ac p̄ua
malignoz spirituum discernatur:
cur dei latrones dicantur/ aperit.
Maligni q̄ppe spūs ad nocendū
nos incessabiliter anbelāt: sed cuz
prauā voluntatē ex semetipsis ha-
beant/ p̄tātem tñ nocendi nō ha-
bent/ nisi eos voluntas sūma per-
mittat: z cū ipsi quidē iniuste nos
ledere appetūt: quēlibet tñ ledere
nō nisi iuste a domino p̄mittunt.
Quia ergo in eis z voluntas iniu-
sta est: z p̄tās iusta: z latrones dici
tur: z dei: vt ex ipsis sit qđ inferre
mala iniuste desiderāt: z ex deo q̄
desiderata iuste consumāt. Sed qz
(vt sepe iā dicimus) scrīs vir posi
tus i dolore pene: modo suis: mō
ecclesie, modo redemptoris nostri
vocibus vtitur: z plerūq; sic sua
narrat: vt tamen per typum ea q̄
sunt sancte ecclesie ac redempto-
ris nostri proferat: postposita pau
lisper cura historie in his que sub
iungit: qualiter redemptoris no-
stri vocibus congruat demonstre-
mus. Sequitur. ¶ Fratres meos
longe fecit a me: z noti mei q̄si
alieni recesserunt a me. Dere-
liquerunt me propinqui mei:
z qui me nouerant obliti sunt
mei. Hoc melius ostendimus / si
Joannis ad medium testimoniuz
p̄ferimus/ qui ait: In ppria venit/
z sui eum non receperunt. Si deo
quippe fratres longe facti sunt: z
noti recesserunt: quem tenētes le-
gem ꝓpbetare debei nouerant/
z p̄sentem minime recognosce-
bant. Unde recte nunc dicitur. De
reliquerunt me propinqui mei: et
qui me nouerant obliti sunt mei.
Judei enim propinqui per car-
nem: noti per legis instructionez
quasi obliti sunt quem ꝓpbetare
rant/ dum eum ad incarnandum
verbis legis canerent: z incarna-
tum verbis perfidie negarēt. Se-
quitur. ¶ Inquilini dom⁹ mee
z ancille sicut alienum habue-
rūt me. ¶ Inquilini dom⁹ dei fue
rant sacerdotes quorum origo in
dei seruitio deputata iam per osti
cium in cōditione tenebatur. An-
cille aūt non immerito intelligun
tur leuitarū anime ad secreta ta-
bernaculi/ quasi ad interiora cubi
culi familiarius seruientes. Dicat
ergo de sacerdotibus sedula cura
seruientibus: dicat de leuitis ad
interiora dom⁹ dei obsequētibus.
Inquilini dom⁹ mee z ancille si-
cut alienū habuerūt me: qz incar-
natum dñm quem dudum p legis
verba p̄dixerant cognoscere ac ve
nerari noluerūt. Qui adhuc aper-
tius q̄ ab eoz puersa voluntate nō
sit cognit⁹/ manifestat cū subdit.
¶ Et quasi peregrin⁹ fui in oculis
eorum. Redēptor etenī noster duz
a synagoga cognit⁹ non est/ in do-
mo sua quasi peregrinus extitit.
Quod apte ꝓpbeta testat/ dicens.
Quare sicut colonus futurus es
in terra: z quasi viator declinās ad
manendū? Qui esi vr dñs audit⁹
nō est: nō possessor agri: sed colon⁹
est creditus. Qui quasi viator ad
manendum nimodo declinauit?

qz paucos ex iudeis abstulit z advocatione gentiū pgens iter ceptum pegit. Peregrin⁹ ergo in eoꝝ oculis fuit: qz dū sola q̄ videre poterāt/cogitabant: nō valuerūt intelligere in dño/qđ videre nō poterāt. Duz essi despiciūt carnē visibilē nō peruenīunt ad inuisibilē maiestatē. Dicatur igitur recte. Et quasi peregrin⁹ fui in oculis eoꝝ. De quo ad huc populo apte subiungitur.

nō A

¶Verum meum vocauit: z fidit. Quid essi iudaic⁹ pplꝰ nisi seruus fuit: qui nō amore filij/obsequebat dño sed timore seruili? Quo cōtra nobis p Paulū dr. Non accepistis ispm seruitutis iterū in timore: sz ispm adoptionis filioꝝ: in quo clamamus abba pr. Hunc igitur seruum vocauit dns: qz collatis muneribus q̄si emissis eū vocibus ad se ducere studuit/sed nō rādit: qz digna opa donis ei⁹ reddere contempsit. Vocat nos essi deus/cum muneribꝰ huenit: rādem⁹ vero vocationi eius cū digne iurta percepta munera deseruimus. Qz ergo tot muneribus iudaicū pplm preuenit dicat. Verum meū vocaui sed qz etiā post tot eum munera contepsit/ subiungat: z nō respondit. Sequitur. ¶Capitulum .xxij.

Rossi. 2.c.

D

Re proprio deprecabar filium. Acsi apte⁹ diceret. Ego illuz q̄ añ incarnationē meā tot ei pcepta faciēda p̄p̄bet̄ay ota mādauerā: incarnatus ad eū veniēs/ore eū p pzio deprecabar. Añ z Matthe⁹ cuz pcepta ab eo dari in monte deseri beret/ait. Aperiens os suū dixit. Acsi patenter dicat. Tūc os suuz aperuit/q̄ prius apuerat ora ppheterū. Hinc est etiā quod de illo ab sponsa ptinaz eius desiderante dr. Osculet̄ me oculo oris tui. Sācta quippe ecclesia quot pcepta ex ei⁹ pdicatione cognouit/ q̄si tot oris sui osculā accepit. Bñ aut̄ dr/deprecabar: qz in carne monstrat⁹ dum mandata vite humiliter dixit/q̄si superbientem seruum vt viueret rogauit. Ubi z apte subdit. g̃ Hanc litum meū exhorruit⁹ vox mea. Quid vroz dñi/nisi synagoga accipitur in legis federe/carnali ei intelligentia subiecta? Habitus vero ex carne est. Sed infidelis pplus carnē dñi carnaliter intellexit: qz purū būc hoiem credidit. Habituz ergo ei⁹ vroz exhorruit: qz synagoga eū quē videbat hoiem/ deū credere expauit. Cūq; ab eius ore verba coꝝpaliter audirent: in eo intelligere diuinitat̄q; arcana recusauit: z creatorē esse non credidit quē creatū vidit. Carnis ergo habitum carnalis vroz exhorruit: q̄ carnalibꝰ sensib⁹ dedita incarnatiōis eius mysteriū non agnouit. Sequitur. ¶Et orabam filios vteri mei. In deo q̄ corpis forma nō circūscribitur: mēbra corpis. i. manus/oculi/ vter⁹ ita nōantur vt ex mēbroruz vocabulis effect⁹ ei⁹ potēcie designet̄ur. Oculos q̄ppe dr. Ore: qz oculta videt. Manū dr describit: qz cūcta operatur. Inutero aūt pies cōcipitur: q̄ sibac vita pfert. Quid ergo vterū dei nisi eius cōsilium debemus accipe: in quo ante secula p̄destinatione concepti sumus/ ita vt creati p̄ secula p̄ducamur? Deus ergo q̄ manet ante sectavteri sui filios orauit: qz eos quos potēter p diuinitatē cōdidit: incarnatus veniēs būiliter rogauit. Ex qz in ipsa carne qua apparuit ab eoꝝ estimatione despect⁹ est/ subiungitur. ¶Stulti qu oqz despiciebant me. Sapientib⁹ a fidatis fide cadentibus recte de stultis q̄ addit: qz dum phariseī dñm ac legispiti despicerēt: eoꝝ incredulitatem etiā ppli turba secuta est: q̄ in eo q̄ hoiem vidit/redēptoris munidi predicamenta desperit. Nam sepe stultoꝝ noīe bi q̄ sunt in plebe pauperes designantur. Unde et p Hieremiam dicitur. Diri fortitan pauperes sunt z stulti/ignorantes viam domini/ z iudicium dei sui. Relictis autez mundi sapientib⁹ atq; diuitib⁹: redemptoz noster q̄rere pauperes z stultos venerat. Uñ nūc quasi in augmēto doloris dr. Stulti q̄z despiciebāt me. Acsi apte diceret. Ipsi me ēt despexerūt/ q̄ quibus sanādis stultitiā p̄dicationis assumpsi. Scriptū quippe est. Qz in dei sapiētia nō cognouit mund⁹ p̄ sapiam deū: placuit deo p stultitiā p̄dicationis saluos facere credentes. Verbū q̄ppe dei sapientia est: sz stultitia bui⁹ sapientie dicta est caro verbi: vt q̄ carnales q̄b p carnis sue prudentiam pringere nō valebāt ad sapientiā dei: p stultitiā p̄dicationis. i. p incarnationem ꝑbi sanarentur. Acit ergo. Stulti quoq; despiciebāt me Acsi apte diceret. Et ab ipsis despectus sum p q̄bus stult⁹ estimaret⁹ nō sum. Et qz iudeoꝝ plebs cum miracula nīi redēptoris cerneret: hūc ex signis honorabat/ deum. Dic est ꝑbs. Cūq vero būanitatis eius infirma cōspiceret: cuz creatorem credere dedignabat/ deum. Nō: sed seducit turbas. recte subiungitur. ¶Capitulum .xxiij.

1. Cor. 1.c.

Lux in deom bia cor porib nolant

Ergo vterus dei.

Dño de⁹ is carnat⁹ tus fu liosbu mitr rogat uerit.

Dicit 5. ad B

Estate Hoze. 3. Ro. 11.c.

Tcum ab eis recessissem/detrahebant mihi. Quasi accedebat q̄ppe ad corda populoꝝ dñs cum eis miracla demōstraret: quasi recedebat/cum nulla signa ostenderet. Sed recedēti dño detrahebant cū a miraculis q̄escenti p̄dere fidē nolebāt. Sed q̄d miruz ꝑpeti ista a plebibus/ cū ipsi quoq; qui legis doctores esse videbantur: q̄ cū verbis p̄phetic⁹ incarnā dñi esse ꝑbiberēt: z incarnatū videruntꝫ ab eo cū pfidie iterruptiōe discissi sunt. De quibus subditur: ¶Abominati sunt me quondā consiliarij mei: z quē maxime diligebā: auersat⁹ est me. Cunctis liq̄t qz de⁹ psiliarijs nō egeat: q̄ ipse q̄z cōsiliarijs boim sapiētie ꝑsilium ꝑber. De q̄ ēt scriptuz est. Quis cognouit sensuz dñi: aut q̄s eius cōsiliari⁹ fuit? Sed quemadmodū cū panis vel vestimētū egēti tribuit: hoc dñs accepisse testat̄ ita cū nescieti cuilibz rectū cōsiliū dat/ hoc ipse accipit: cui⁹ ille mēbrū est q̄ erudit. Oēs etenī fideles mēbra nīi redēptoris sum⁹: z sicut ipe in nobis p miam largitaī pascit/ita ipse nobis p doctrine cōsiliū inuat. Scribe itaq; z legisdoctores q̄ erudire pplos ad vitā cōsueuerāt/q̄d aliud q̄ futuri redēptoris cōsiliarij fuerūt? Qui tū duz incarnatū dñm nō ꝑspicerēt: cōsiliis suis multos ab ei⁹ fide diuiserūt: q̄uis prius ad credendum incarnatiōis ei⁹ mysteriū p pphetaruz ꝑba multos docuisse viderent. Et qz ille apud deū magis in amore est: q̄ ad ei⁹ amorē plurimos trahit adhuc de eodem legisdoctoz atq; phariseoꝝ ordie subdit. Et quē maxime diligebā: auersatus est me. Ipse essi ordo suadēte pfidia a fide veritatis auersus est: qui prius in labore p̄dicatiōis seruiēs/maxime diligebat: quē nō solū ad nō credē dū: sed vsq; ad psequendū dñm populoꝝ quoq; turba secuta ē: z vsq; ad passionē illi⁹ semtie facib⁹ accensa. In qua vez passione discipuloz corda turbata sunt. Uñ z nūc subdit. q̄ ¶Pelli mee cōsumptis carnib⁹ adhesit os meū. In osse fortitudo: in carnib⁹ ꝑo firmitas corpis designatur. Qz igit ꝑps et ecclesia vna persona est: q̄d p os nīi ipse dño designat. Quid per carnē: nisi discipuli: q̄ passionis eius rpe infirma sapuerūt. Per pellem ꝑo q̄ exterior caro manet in corpore: q̄d nisi ille sancte femine figurant: q̄ ad pparāda subsidia corporis exteriozib⁹ dño ministerūt seruiebāt. Nā cum eius discipuli q̄uis necdum firmi veritatis fidē pptis p̄dicarent: ossi tamen suo iherebāt carnes. Et cū sancte mulieres eaque necessaria erant: exteriora preparent: quasi pellis exterius manebant in corpore. Sed cuz ad crucis bozam ventum est: eius discipulos: grauis ex persecutione ius

deorum timor inuasit: fugerūt singuli: mulieres astiterunt: quasi ergo consumpta carne os dñi pelli sue adhesit: q; fortitudo ei⁹ passionis tempore fugientibus discipulis/furta se mulieres inuenit. Stetit nāq; aliquandiu Petrus: sed tamen post territus negauit. Stetit etiam Ioannes: cui ipso crucis tpe dictū est. Ecce mater tua: sed persecutare minime potuit: q; de ipso quoq; scriptū est: ꝙ adolescens quidam sequebatur illū amictus sindone sup nudo: z tenuerunt eum. At ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Qui etsi post vt ꝟba redemptoris sui audiret / ad horam crucis rediit: prius tamen territ⁹ fugit. Mulieres autem non soluz non tenuisse neq; fugisse: sed etiā vsq; ad sepulchrū stetisse memorātur. Dicat ergo. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum. Hoc est: dū q; mee fortitudini propinquius inherere debuerāt: passionis mee tempore timore cōsumpti sūt: z eas quas ad exteriora ministeria posui/in passiōe mea sine formidine inherere mihi fideliter inuenī. Ubi z aperte subditur/ꝙ hec verba per mysterium dicātur dum sequitur.

¶Capitulum.xviij.

Si derelicta sūt tā tūmodo labia circa dentes meos. Quid est circa dentes aliōꝝ labia habemus: etiā si nulla flagella patiamur? Sed quid p labia/nisi locutio: quid ꝙ dētes/nisi sancti apostoli designantur? Qui in hoc ecclesie corpe idcirco sunt positi/vt vitā carnaliū correptiōe mordeant: cāq; a fide principie dericta confringant. Vñ z eidē p̄ro apostoꝝ quasi denti in eius corpe posito dr. Macta/z manduca. Sed q; passionis ei⁹ tpe vti dentes pre timore mortis amiserunt morsuz correptionis: amiserunt fiduciam roboris: amiserunt efficaciā oīmode operationis: ita vt duo ex illis ambulantes/post eius mortem ac resurrectionē in via loquerentur. Nos sperabamus q; ipse esset redempturus israel: recte tunc dr. Et derelicta sunt tātūmodo labia circa dentes meos. Cōfabulatiōis verba retinebāt. Perdiderāt morsum correptionis: z babebāt motū locutionis. Labia itaq; tantūmodo circa dētes relicta sunt: q; adhuc ādē cōfabulari nouerāt: sz p̄dicare iaz eum aut mordere infideliuz vitia formidabāt. Peractis itaq; bis ꝙ in voce capitis dixit/ad ppria bestus iob verba reuertitur/dicens. ¶Miseremini mei: miseremini mei: saltem vos amici mei: quia manꝰ domini tetigit me. Hoc habere solet ꝓprius mēs pius: ꝙ cuz iniusta ab aduersariis patitur/nō tam ad iram ꝙ ad pces moueatur: vt si moderari cozit prauitas placite valeat / plus deprecari eligunt ꝙ irasci. Vñ recte nunc dr. Miseremini mei: miseremini mei/saltez vos amici mei: quia manus dñi tetigit me. Ecce cos a quibus se p cōtumelias affligi cōfiderat/amicos vocat: q; bonis mētibus etiā ipsa fiūt ꝓspera ꝙ videtur aduersa. Vñ puersi quicq; bonoꝝ dulcedine aut cōuertunt vt redeant: z coipso amici sunt/quo boni fiunt: aut in malicia pseuerāt: in hoc quoq; etiam nolētes amici sunt: q; si qua bonoꝝ delicta sunt: a suis pfectionibus etiā nesciētes purgant. Notādū quoq; ꝙ eis que secreto apud deum gesta sunt beati viri in publico verba concordant. A sathan ꝙppe pcussus fuerat: nec tñ pcussionē suaz sathane tribuit / sed tactū se manu dñi appellat: sicut ipe quoq; sathan dixerat. Mitte manū tuaz/z tange os eius z carnē: si nō i facie benedixerit tibi. Sciebat quippe vir ille: scīēs/q; z per hoc ipsum quod peruersa voluntate contra se sathan egerat potestatem non a semetipso/sed a domino habebat. Sequitur.

Capitulum.xix.

Miare persequimini me sicut deus: et carnibus meis saturamini? Nō abhorreta locutione pietatis/ꝙ a deo se pbibet persequi. Est nāq; pfecutor bonus sicut de semetipso ore prophetico dñs dicit. Detrahētē occulte aduersus primū suū/hūc psequebar. Cū ꝟo sctūs ꝙsq; flagellari ymittit/scit ꝙ pfectionē ꝓtra cōmissa vitia ex interna dispensatione patiatur. Crudeles ant pfecutoꝝ mentes cū prātez feriēdi appetūt: ꝓtra bonoꝝ vitā nō studio purgatiōis/sed timoris facibus accendunt. Et quidē hoc faciūt: qs deꝰ opa fieri ymittit. Sed dū vna causa cū deo etiā p eos agit: nō tamen voluntas vna in cadē causa seruat. Quia cū opa deus amādo purgationē erbi dett: iniustoꝝ prauitas seuiēdo malicia exercet. Qs ergo dr. Quare pequimini me sicut deꝰ: ad exteriorē boc pcussionē retulit: nō ad intimā intentionē: q; etsi boc agūt exteri⁹/qd deus agi disposuit: nō tñ hoc qs deꝰ in sua actiōe appetūt/vt boni ex afflictiōe purgent. Qd intelligi z aliter pōt. Tāto enim opa deꝰ iustus alienavitia pcurit/ꝙto in semetipso nil hz vitioꝝ. Nolens ꝟo cū p disciplinā alios ferīt: sic alienā infirmitatē debēt pcurere: vt etiā ad suā nouerint oculos renocare: vt ex semetipsis ꝓsiderent/ꝙtū alios feriēdo parcāt cum se qs ipsos dignos pcussionib⁹ nō ignorāt. Itaq; nūc dr. Quare pequimini me sicut deꝰ. Acsi aperte dicere tur. Ita me ex infirmitatib⁹ meis afflīgitis: ac si ipsi more dei de ifirmitate nihil habeatis. Vñ cōsiderandū est: ꝙ si qui forte sint qui asperitate correptiōis indigeant: tñc eis dura correptio a nobis admonēda est/ cū dei manus cessat a verbere. Cū ꝟo supna flagella ins sunt: nō a nobis iam correptio/sz cōsolatio debet: ne dum in dolore increpationē iungim⁹/ percussionē percussiōi sociem⁹. Bñ ant subdit. ¶Et carnibus meis saturamini. Quoz primoz penas esurit saturari pculdubio alienis carnibus grit. Sciendū qz est/qz bi etiā qui aliene vite detractione pascūtur: alienis pculdubio carnib⁹ saciantur. Vñ per salomonē dr. Noli esse i cōuiuijs potatoz: neq; comedax cū eis q; carnes ad vescēdū cōferūt. Carnes ꝙppe ad vescēdū cōferre est/in colloctiōe derogationis vicissim primoz vitia dicere. De quoz illic pena mox subditur: qui vacātes potib⁹ / z dītes symbolum cōsumēt: z vestiet pānis doz mitatio. Potib⁹ vacat/q; de oppio brio aliene vite se deebriāt. Symbolū ꝟo dare est/ sicut vnusquisq; solet ꝓ parte sua cibos ad vescēdū ita in cōfabulatione detractionis verba cōferre. Sed vacantes potibus z dītes symbolū consument: quia sicut scriptum est. Omnis detractor eradicabitur. Uestiet aut pannis dormitatio: q; despectum z inopē a cunctis bonis operibus mors sua inuenit: quez hic ad alienе vite exquirenda crimina detractionis sue langor occupauit.

¶Capitulum.xxvj.

Sed tot dura que bestus Iob sustinet/ dignum non est vt per silentiuz transeant: eaq; ad noticiam dominum ignorantie obscuritas tegat. Tanti quippe edificari ad seruandam patientiam valent: quanti impente se superna gratia eius patientie facta cognouerunt. Unde et idem bñs Iob exēplo vult pertrahi flagella q; sentit: q; statim subiecit dicēs. ¶Quis mihi tribuat: vt scri

bontur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro stilo ferreo & plumbi lamina: vel celte sculpantur in silice? Ejecta que pertulit: q3 fortj patrū scientia edoctus grauis ille indeorum populus agnouit: stilo ferreo & plūbi lamina scripta sunt. Qui ꝓo hec etiā dura gentilium corda cognouerūt: quid ea nisi sculpta l silice videmus? Et notandum: q3 in plūbo qō scribit ipsa metalli mollicie citius deletur: & in silice vero tardiꝰ quidē valēt litere erpimi/ sed difficilius deleri. Nō ergo immerito p plumbi laminā iudea exprimit: q̄ precepta dei & sine labore pceptꝰ/ & cū celeritate pdidit: recte p silicē gentilitas figurat: que verba sacri eloquij vix custodienda suscipere potuit: sed tñ fortiter susceptā seruauit. Per stilum ꝓo ferreū/ qđ aliud ꝙ̄ fortis dei sua dest gnat? Unde p ꝓpheta dicit. Peccatū iuda scriptū est stilo ferreo in vngue adamantino. In vngue finis est corporis. Ita ꝓo lapis durus est adamas: vt ferro nō valeat secari. Per stilū vero ferreū fortis sua: p vnguem vero adamantinū signat finis eternus. Peccatū itaq3 iuda stilo ferreo in vngue adamantino scriptū ō: q3 culpa iudeorū per fortem dei sententiaz in fine seruat infinito. Recte quoq3 per plumbi laminā eos accipimus quos auaricie pondus grauat: quibus per increpantē ꝓphetam ōr. Filij hominum vsq3quo graui corde. Per plumbū namq3 cuius natura grauis est pōderis/ petiñ auaricie specialiter designat: qō mentē quam infecerit ita grauem reddit/ vt ad petenda sublimia attolli nequaq3 possit. Hic etiñ in zacharia scriptuz est. Leua oculos tuos/ & vide. Quid est hoc qō egreditur: & dixit. Quid nam est? Et ait. Hec amphora egrediens: & dixit. Hec est oculus eoꝝ in vniuersa terra.

¶Capitulum.xxvij.

Et ecce talentū plūbi portabat: & ecce muliercula sedens in medio amphore/ & dixit. Hec est impietas. Et proiecit eā in medio amphore: & misit massam plūbeaz in os eius. Qui de hac effusione amphore & mulieris & plūbi/ vt lati⁹ quid cognouisset ostēderet: adhuc secutus adiūxit. Et leuaui oculos meos/ & vidi & ecce due mulieres egredientes & spiritus in alis earum. Et habebant alas quasi alas milui: & leuauerunt amphoraz inter terrā & celum. Et dixi ad angelum qui loquebat in me. Quo iste deferūt amphoraz? Et dixit ad me. Ut edificetur ei domus in terra sennaar. Quod ꝓphete testimoniū inuituliter ꝓo documento plūbi ꝓtulimus/ si non etiam repetētes exponamus. Hic est. Deus oculos tuos & vide. Quid est hoc quod egreditur? Et dixi. Quidnam est? Et ait: hec est amphora egrediēs. Volens deus ꝓphete ostēdere humanum genus: ex qua ab eo inani me culpa dilabatur per imagines amphore quasi patens os auaricie designauit. Auaricia ꝓpe velut amphora est: que os cordis in ambitu apertū tenet. Et dixit. Hec est oculus eorum in vniuersa terra. Multos obtusi sensus homines cernim⁹: & tamē eos in malis actibus astutos videmus: ꝓpheta ꝙ̄ attestante: qui ait. Sapientes sunt vt faciant mala: bene autē facere nescierunt. Di itaq3 sensu torpent: sed in his que appetunt auaricie stimulis ꝛcitant: & qui ad bona videnda ceci sunt: excitātib⁹ premijs: ad peragenda mala vigilantes fiunt. Unde recte p hac eadē auaricia dicitur. Hec est oculꝰ eoꝝ in vniuersa terra. Ecce talentum plumbi portabatur. Quid est talentum plūbi: nisi ex eadem auaricia pōdus peccati: Et ecce muliercula sedens in medio amphore. Quam mulierem ne forte esse que esset dubitare possimus: hic eo angelus interpretatur. Haz illic mox sequitur. Et dixit. Hec est impietas. Et proiecit eaz in medio amphore. Impietas in medio amphore ꝓicitur: q3 nimirum in auaricia semper impietas tenetur: Et misit massam plūbi in os eius. Massa plumbi in os mulieris mittitur: quia scz impietas auaricie peccati sui pondere grauatur. Si enim ad ea que deoz sum sunt non ambiret: erga deum ac ꝓximos ipia nequaq3 existeret.

¶Capitulum.xxviij.

Et leuaui oculos meos & vidi: & ecce due mulieres egredientes/ et spiritus in alis earuz. Quid aliud ꝛ bis duabus mulieribus accipimus nisi duo principalia vitia/ superbia vz & gloriam inanem: que ipietati absq3 vlla dubitatiōe coniuncte sunt. Que & in alis suis spiritum habere narrantur: q3 in actionibus suis sathane voluntati deseruiunt. Ipsum quippe ꝓpheram spiritum appellat de quo Salomon ait. Si spiritus potestatem habētis ascenderit sup te: locum tuū ne dimiseris. Et de quo in euangelio dñs dicit. Cū immūdus spūs exierit ab homine ambulat p loca arida & inaquosa. Spūs in alio earum est: quia superbia & inanis gloria p oc qō agunt sathane volūtati famulāt. Et habebāt alas q̄si milui. Milu⁹ scz̄ natura studet insidiari pullozū. Iste ergo mulieres alas bñt q̄si alas milui: q3 actiones earū diabolo sunt peculi dubio similes: qui insidiaz semper vite parulozū. Et leuauerūt amphoram inter celum & terrā. Superbia & vana gloria habent hoc ꝓpriū: vt cū que infecerit/ in cogitatione sua super ceteros homines extollant: & modo p ambitū rerum: modo p desideriū dignitatū/ quez semel captū tenuerit: quasi in bonoris altitudine eleuent. Qui aūt inter celū & terrā est: & ima deserit & superiora minime attingit. Deuant ergo iste mulieres amphoraz inter celū & terrā: q̄ a supbia & inani gloria mentez p auaricia bonoris captā ita eleuant: vt quoslibet primos despicientes quasi in ima deserāt: & alta gloriātes petāt. Sz tales quicq3 dū supbiūt: & eos mēte transeunt cū q̄bus sunt: & superioribus civibus minime iungunt. Amphora ergo leuata inter terrā & celū dicitur: q3 auari quicq3 superbiā atq3 inanē gloriā: & primos iurta se despiciunt: & supiora q̄ vltra ipsos sunt nullatenus appetendunt. Inter terrā itaq3 & celuz feruntur: q3 nec equalitatem fraternitatis in infimis p charitatez tenent: nec tamen summa ptingere sese ertollendo prualent. Et dixit ad angelum qui loquebatur in me. Quo iste deferunt amphoraz? Et dixit ad me. Ut edificet ei domus in terra sennaar. Eidem amphore edificatur domus in terra sennaar. Sennaar ꝓpe feroz eoꝝ dicitur. Et sicut bonus odoꝛ ex virtute est: Paulo attestante qui ait: Odorem notitie sue manifestat p nos in omni loco: q3 christi bonus odoꝛ sumus deo: ita ecōtrario fetoꝛ ex vitio. Radix etiñ est omnium malozū cupiditas. Et q3 quodlibet malum p auaricia gignitur: dignū est vt domus auaricie in feroze cōstruatur. Sciendū quoq3 est ꝙ̄ sennaar latissima vallis est: i qua turris a superbientibus edificari ceperat: que linguarū facta diuersitate destructa est. Que scilz turris babylon dicta est: ꝓ ipsa vz confusione gentiū atq3 linguarū. Nec immerito ibi auaricie amphora ponitur vbi babylonia est cōfusio edificatur: quia dum per auariciā et impietatem certum est omnia mala exurgere: recte hec ipa auaricia atq3 impietas in confusione perhibentur habitare. Hec paucis per excessum diximus: vt peccati pondus exprimi per plumbi laminaz monstraremus. Que tamen beati

Job ꝓba sancte ẽcclie ꝓgruit: q̃ duo sacri eloquij testamẽta custodies: ꝺsi secũdo sermões suos scribi expetit dicens. Quis mihi tribuat vt scribant sermões mei: q̃s mihi det vt exarent in libro: Que q̃ forti stila modo per põdus aut ricle grauib⁹: modo aũt duris cornibus loquitur: stilo ferreo in plũbi lamina/vel certe in silicẽ scribit. Sed iure beatũ Iob redemptoris nostri eiusq̃ ecclie vti vocibus dicimus/si quid de eodem redemptore nostro quis aperte loquitur inuenimus.

¶Capitulum.xxix.

Quo etenim pactocredentiũ est: q̃ ex eo aliquid per figurã insinuat: si eũ nobis apertis vocibus nõ demõstrat. Vt ergo q̃ de eo sentit aperiat: oẽsq̃ nobis ambages cogitationũ tollat. Sequitur. ¶Scio enim q̃ redẽptor meus viuit. Qui enim nõ ait ꝓditor/sed redẽptor: aperte eũ denũciat q̃ postq̃ ola creauit: vt nos de captiuitate redimeret: iterum nos carnatus apparuit: suaq̃ passione nos a ꝑpetua morte liberauit. Et notandũ ꝙ fide se in virtute eius diuinitatis astringat: de quo ꝙ Paulus ꝺr. Qui t si crucifixus est ex infirmitate/sed viuit ex virtute dei. Ait nãq̃. Scio enim q̃ redemptor meus viuit. Acsi apertis vocibus dicat. Infidelis quisq̃ illũ flagellatũ/derisum/palmis cesum/corona spinea coronatũ/sputis illitũ/crucifixũ/mortuũ nouerit: ego illum post mortẽ viuere certa fide credo/libera voce ꝓfiteor: q̃ redẽptor meus viuit: q̃ inter impiorum manus occubuit. Sed quid beate Iob ꝙ resurrectionẽ illi⁹ etiam de tue carnis resurrectione cõfidis: aperta queso voce profitere. Sequit. ¶Et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Quia vt deliceat resurrectionẽ quã l sc ostẽdit/in nobis etiã q̃q̃ factur⁹ est. Resurrectionẽ ꝩppe quã in se ostẽdit nobis ꝓmisit: q̃ sui capitis gloriam sequuntur mẽbra. Redẽptor ergo noster suscepit mortẽ ne mori timeremus. Ostẽdit resurrectionẽ: vt nos resurgere posse cõfidamus. Ait t eandẽ mortẽ nõ plusq̃ triduanã esse voluit: ne si in illo resurrectio differret/ l nobis olim dudum desperaretur. Qõ bene de illo ꝙ ꝓpheta ꝺr. De torrente i via bibet propterea exaltabit caput. Quasi ei de quodã flumine nostre passionis nõ in mansione bibere/sed in via dignat⁹ est: qui mortẽ transitorie: id est ad triduũ cõtigit: atq̃ in ea morte quã contigit/nequaq̃ sicut nos vsq̃ ad finẽ seculi remãsit. Dum ergo die tertio resurrexit: q̃d in ei⁹ corpe: id est ecclesia sequatur ostendit. Excẽplũ quippe mõstrauit q̃d ꝓmisit in premio: vt sicut ipsius resurrexisse fideles agnoscerẽt: ita in seipsis in fine mũdi resurrectionis ꝓmia sperarẽt. Ecce nos q̃ mortẽ carnis vsq̃ ad finẽ mũdi remanemus in puluere: ille aũt die tertia ab ariditate mortis viruit: t diuinitatis sue nobis, potentiã ipse innouatiõe sue carnis ostẽdit. Qõ bene ꝙ Moysen virgis duodecim in tabernaculo positis demonstratur. Nã cũ Aaron ad sacerdotiũ/q̃ de tribu leui fuerat despiceretur: nec digna trib⁹ que offerret bolocausta crederetur: duodecim virge iuxta duodecim tribus in tabernaculo poni precepte sunt: t ecce virga leui viruit: t quicquid virtutis in munere Aaron haberet ostẽdit. Quo videlicet signo quid innuitur: nisi q̃ omnes qui vsq̃ ad finẽ mundi iacem⁹ in morte: quasi virge reliquie l aridit ate remanem⁹. Sed cunctis virgis in ariditate remanẽtibus virga leui ad florẽs redijt: quia corp⁹ dominj veri sacerdotis nostri in mortis aridit ate positum in florẽs resurrectionis erupit. Quo flore Aaron recte sacerdos esse cognoscitur: q̃ hac resurrectionis gloria redemptor noster qui de tribu iuda t leui qui

tus est: intercessor ꝓ nobis esse monstratur. Ecce ergo iam virga Aaron post ariditatem floret: sed virge duodecim tribuum in aridit ate remanent: quia iam quidem corpus domini post mortem viuit: sed nostra adhuc corpora vsq̃ ad finem mundi a resurrectionis gloria differuntur. Unde caute hanc eandem dilationem intulit dicens. Et in nouissimo de terra surrecturus sum.

¶Capitulum.xxx.

Habemus ergo spem resurrectiõis nostre cõsiderata gloria capitis nostri. Sed ne quis vel cogitatione tacita forsitan dicat q̃ideirco ille surrexit a morte: q̃ vnus idemq̃ deus t homo mortẽ quam ex humanitate pertulit/ex diuinitate superauit: nosvero qui puri homines sum⁹: a mortis surgere damnatione non possumus: recte in resurrectionis eius tempore etiam multorum sanctorum corpora surrexerũt: vt t i se nobis exemplũ ostẽderet: t de aliorũ q̃ nobis ꝙ pur. l bũanitatẽ similes fuerunt/nos in resurrectione roborauret: quatenus cũ se homo desperare ꝺpere q̃d in se ostẽderat deus homo: hoc in se fieri posse ꝑsumeret/q̃d in ipsis factũ cognosceret/quos puros fuisse homines nõ dubitaret. Sunt vero nõnulli q̃ considerantes q̃ spiritus a carne soluitur: q̃ caro in putredinẽ vertit: q̃ putredo in puluerẽ redigit: q̃ puluis in elementis soluitur: vt nequaq̃ ab bũanis oculis videat: resurrectionẽ fieri posse desperãt: t dum arida ossa inspiciunt beneficiari carnibus: rursumq̃ ad vitam viridescere posse diffidunt. Qui si resurrectionis fidẽ ex obedientia non tenent: certe hanc tenere ex ratione debuerunt. Quid enim quotidie nisi resurrectionẽ nostraz in elementis suis mundus imitatur? Per quotidianas quippe mõeta lux ipsa tẽporalis quasi mortis: duz superuenientib⁹ noctis tenebris ea que aspiciebatur subtrahitur: t quasi quotidie resurgit/duz lux oblata oculis suppressa iterz nocte reparatur. Per mõeta quoq̃ tẽporum cernimus arbusta viridita tem foliorz amittere: a fructuũ platione cessare: t ecce subito quasi ex arescenti ligno velut quadã resurrectione veniente videmus folia erumpere: fructus grandescere: et totam arborem rediuino decorere stiri. Indesinẽter cernimus parua arborum semina terre humorib⁹ cõmendari: ex qbus nõ longe post aspicimus magna arbusta surgere/folia pomaq̃ ꝑferre. Considerem⁹ ergo parũm cuiuslibet arboris semen quod in terra iacitur vt arbor ex illo producatur: t comprehendamus si possumus vbi in illa tanta breuitate seminis/tam immensa arbor latuit que ex illo processit: vbi lignum/vbi cortex/vbi viriditas foliorum/vbi vberitas fructuum. Nunquidnam in semine tale aliquid videbatur cuz in terra iaceretur? Et tamẽ occulto rerum omnium opifice cuncta mirabiliter ordinante: t in mollicie seminis latuit asperitas cortic⁹: t in tenuitudine illi⁹ absc̃dita est fortitudo roborũ: t in siccitate eius vberitas fructificationis. Quid ergo mirum si tenuissimus puluerez vel a nostris oculis in elementis redactum/cum vult l bominem reformat: qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta reintegrat? Quia ergo rationales sumus conditi: spem resurrectionis nostre ex ipsa debemus rerum specie t contemplatione colligere. Sed quia l nobis sensus torpuit rationis: accessit in exemplo gratia redemptoris. Uenit namq̃ cõditor noster: suscepit mortem: ostẽdit resurrectionez: vt qui resurrectionis spez ex ratione tenere noluimus: banc ex eius adiutorio et exemplo teneremus. Dicat igitur

beatus Iob. Scio q̄ redēptor meus vivit: et in nouissimo de terra surrecturus sum. Et ḡsq̄ resurrectiōis in se virtutē fieri posse desperat: verba in cētilitate positi viri fidelis erubescat: et pēset ꝓpe penitere pōdere feriend⁹ si adhuc nō credit sua: q̄ iā resurrectionē dñi cognouit factam: si et ille suā credidit/q̄ adhuc dñi sperabat esse faciendā.

¶Capitulum.xxvj.

sanctus spū eiusdē sapiētie repletus/quosdā in iudea fuisse dñm nō esse defuturos/qui spem in legislatore ponerent: r sue salutis auctorez moysen putarent: sicut r cuidā sanato maledicentes dicūt. Tu discipul⁹ sis eius: nos aūt moysi discipuli sumus. Usi adhuc cōgrue subintertur. ¶Nec appendetur argentū in cōmutatione eius. Quia essi argento sepe eloquia diuina signant/pūt argenti vocabulo certā eiusdem eloquū scriptores intelligi/quorū vita inter turbas bonos resplēdut luce virtutū. Et qz lex pcēs indicare potuit/nō auferre: nō quisq̄ veterū patrū/non legislator moyses būani generis redēptor extitit. Argentuz ergo in cōmutatione huius sapientie nō appendit: qz quilibet sancti esse potuerūt: in cōparatione vnigeniti filij nulli⁹ meriti fuisse pensant: q̄ nisi huius sapientie seruos se cognoscerēt: sed nullate⁹ fuissent. Ad hec quippe illi missi sunt: vt in cordibus bonos vitā huic sapientie predicādo pararēt: neq̄ vt pro ea sed p eam subiectos populos regerent. Quia essi certū erat q̄ p accessum tēporis deficiētis seculi liquores excrescerēt: actuz est vt eterna dei sapientia in fine seculorū p semetipsam veniret ad grandē dñc z nimie infirmitatis egrotū. i. p totum mundum sacens languidum genus būanū: vt transmissis prius predicatorib⁹ quasi quibusdā visitatorib⁹: tāto postmodū maior veniret potētia medici/quāto magis morb⁹ creuisset egroti. Quia vero nullus vice eius ad saluādos nos mittit/discat recte. Nec appendet argentū in cōmutatione eius: qm̄ vita iustorū ꝑficiātis quantalibet sanctitatis luce polleat/aduentū nobis superne sapientie p suā presentiā nō cōmutat. Qz fuere multi gentilū qui mundi huius sapiētum disciplinis dediti/ea q̄ sunt inter bonos honesta seruarēt: r saluādos seruata honestate se crederent: ne iam mediatorem dei r hominū quererent: cū quasi sufficientem si bi philosophoz doctrinā tenerent: in quoz despectu mox subditur. ¶Non confertur tinctis indie coloribus. Quid enim p indiā que nigrū populū nutrit / nisi hic mūdus accipit: in quo vita hominū p culpā obscura generatur? Tincti aūt colores sunt indie huius mundi sapiētes: q̄ quis p infidelitatē r plerisq̄ p actionem fedi sunt: ante humanos tñ oculos superinducte honestatis colore fucātur. Sed coeterna dei sapiētia tinctis indie coloribus nō confert: qz quisq̄s hāc veraciter intelligit ab his hominib⁹ quos mūdus sapientes colunt/q̄ longe distet agnoscit: ipsaq̄ ei⁹ mādatoz ꝟba ab huius mūdi sapientib⁹ differunt: q̄ dum intendūt eloquentie: eoz dicta ꝺ pulchra apparent specie r fucatione tinctura: r cū virtute rez careāt: aliud se esse ꝺ sunt verboz cōpositionibus quasi supraductis coloribus mentiunt. At cōtra doctrina sapiētie r predicatiōe pulchra est/ r pura veritate ꝑspicua: nec aliud se p fallaciā ꝓhendit exteri⁹: r alis reseruat interi⁹: neq̄ i dictis suis pulchra videri appetit nitore ſmonis: sed integritate veritatis. In mādatis igitur suis dei sapientia nō cōfert tinctis indie coloribus. qz dum fucata eloquentie ornamēta nō habet: ꝺ vestis sine tinctura placet. Qui fucatione tincture bene Paulus despexerat: cū dicebat. Que r loquimur nō in doctis humane sapientie verbis: sed i doctrina spiritus. Malebat quippe hanc sapientiam sola puritate veritatis ostendere: non autem eloquū r tinctione fucare. Sequitur. ¶Nec lapidi sardonico pretiosissimo vel saphyro. Sardonicū vel saphyrū lapides pciosos ee ꝺs nesciat? Et dū multi alij ꝓciosi sint lapides qui longe istos estimatione magnitudinis antecellant: cur saphyrus vl sardonicus potissimū precios⁹ nominat⁹ est? cū vteq̄ lapis iste aliorum lapidum cōparatione vilissimus sit: nisi vt eos lapides qui pretiosi describūtur: dū pretiosos non esse cognoscimus? Eoz intelligentia aliud exquiramus? Sardonic⁹ quippe terre rubre similitudinem tenet. Saphyrus vero aereā habet spēm. Pūter go in sardonico per terram rubraz boies: in saphyro aūt per aereā visionem angeli designari. Nam cuz rubre terre speciem lapis sardonicus habeat: non immerito hoiem designat: qz r Adam qui primus est conditus latino sermone terra rubra nominatur. Quid est ergo qđ hi: qz hec sapientia lapidi sardonico vel saphyro non confertur: nisi ꝺ is qui est dei virtus r dei sapientia mediator. s. dei r dominuz ihs Jesus: tāta magnitudine excellat omnia: vt ei nec in terra primi homines: nec in celo angeli comparentur. Unde r p psalmistam dr. Quis in nubibus equabitur dño: aut quis similis erit deo inter filios dei?

¶Capitulum. xxx.

Ossunt aūt p sardonicū lapidē patres testamenti veteris/ p saphyrum ꝺ predicatores exprimi testamenti noui. Illi quippe ꝺ is magnus iusticie vitam tenerent: carnali tñ ꝓpagini seruiebāt. Qz igit cōstat ꝺ dā terrena agerēt: nō immerito p sardonicū lapidē: q̄ (vt prediximus) terre rubre tenet spēm designant. Per saphyrū ꝺ qui r aerei Coloris: testamēti noui cōgrue ꝺdicatores accipim⁹: q̄ carnalis ꝓpaginis desideria postponentes celestia sola sectari sunt. Usi r ꝓpheta cōspiciēs cuncta carnis desideria sanctos apl̄os speciali ardore transcendere admiratus ait. Qui sunt hi qui vt nubes volant? Uelut aperte dicat. Nos per terraz gradimur qui adhuc coniugijs implicamur: r ꝓpagande soboli opa carnis impendimus: isti vero in terra non ambulant: sed vt nubes volant: q̄ duz celestia appetunt: de terrenis desiderijs nihil tangunt. Alit ergo: quia dei sapiētia sardonico vel saphyro lapidi non cōfertur: aclī patenter insinuet dicēs. Et q̄ hō inter boies cernit: nec in antiquis quisq̄ nec in nouis patrib⁹ equatur: qz ex deitate habet qđ i humanitate queq̄ similē non habet. Usi adhuc subditur. ¶Non adequabitur ei aurū vel vitrum. Quis hoc sanū sapiens iurta literaz sentire dignetur? Uitrū quippe (vt superius diximus) auro longe est vilius: r posteq̄ dictū est: ꝺ aurū huic sapientie non equatur: adhuc ꝺsi crescendo subiūgitur: ꝺ ei quoq̄ nec vitruz possit equari. Sed ipsa nos litera ab historico intellectu deiciēs: ad indaganduz allegorie mysteriū mittit. Aurū n. q̄ metallū nouimus potiori metallis oib⁹ claritate fulgere. Uitri quoq̄ natura est: vt extrinsecus visu pura intrinsecus perspicuitate pluceat. In allo metallo quicquid intrinsecus continetur/ abscōditur: in vitro ꝺ quilibet liquor qualis cōtinetur interius: talis exteri⁹ demōstratur: atq̄ (vt ita dicerim) ois liquor in vitreo vasculo clausus patet. Quid ergo aliud in auro vt in vitro accipimus: nisi illam superna patriā: illā beatoz ciuiū societatem: quoz corda sb̄limitez r claritate fulgent: r puritate trāslucēt: Quā Joannes in apocalipsi ꝑspexerat: cuz dicebat. Et erat structura muri ei⁹ ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas auro mūdo simillis vitro mūdo. Quia essi sanctioēs summa i ea beatitudinis claritate fulgebunt: instructa auro dicitur. Et quoniam ipsa eoz claritas visibilior sibi in aternis cordibus patet: r cum vniuscuiusq̄ vultus attenditur: simul r cōscientia penetratur: hoc ipsum auruz vitro mūdo simile esse memorat. Ibi ꝺppe vniuscuiusq̄ mentem ab alterius

Jo. 9. f.

Cur sapientia in mūdū venerit?

Sardoni⁹ lapis. Saphyr⁹.

Adam

Indie colores

Differūtur ba sapiētie mūdis sapientie dei.

Ps. 8. 2. b.

D. Lorā. 2. b.

Esaie 60. b.

Apoc. 21. c.

oculis membroꝝ corpulentia non abscõdit: sed patebit animus: patebit corpalibus oculis ipsa etiam corporis armonia: sicꝫ vnusquisꝫ tũc erit conspicabilis alteri: sicut nunc esse nõ põt cõspicabilis sibi.

¶ Capitulum.xxxj.

Nuncaũt corda nra ꝑ diu in hac vita sum⁹: qz ab altero i alterũ videri non possunt: non intra vitrea / sed intra lutea vascula cõcludũtur: cuiusꝫ luto p passionẽ mentis inberere ppheta formidabat / cuꝫ diceret. Eripe me de luto: et nõ inbereã. Qõ nimirũ habitaculũ corpeũ Paulus domum terrestrem nominat / dicens. Scimus qm si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur / ꝙ edificationem ex deo habem⁹ domũ non manufactam eternam in celis. In hac itaꝫ terrestri domo quousꝫ viuimus / ipm (vt ita dicam) corruptionis nostre parietẽ mẽtis oculis nullatenus penetramus: et visibilia in alijs videre occulta non possumus. Vñ scta ecclesia sponsi sui species videre in diuinitate desiderans nec tamen valens: qreternitatis illi⁹ formã quã ineri ꝓcuperat / ab ei⁹ oculis assumpta bñitas abscondebat: in canticis cãticoꝝ merito dicit. Ecce ipse stat post parietẽ nrm. Et sit apte dicat. Ego hunc in diuinitatis sue iaz specie videre desidero: sed adhuc a visione illi⁹ per assumpte carnis parietẽ excludor. Quouisꝫ itaꝫ in hac corruptibili carne viuimus / cogitationes nras non videmus. Vnde rursum p eundem Paulum dicitur. Quis scit bolum quę sunt hois: nisi spũs hominis qui in ipso est: Et rursum. Nolite iudicare ante tempus / donec veniat dñs: qui et illuminabit abscõdita tenebrarum: et manifestabit consilia cordiuz. Illa itaꝫ ciuitas que suauissim fingulis cordia manifestat / ex auro dicitur similis vitro mundo: vt designetur auro clara / vitro pspicua. Sed ꝙuis in ea sancti omnes tanta claritate fulgeant: tãta perspicuitate transeant: ei tñ sapiẽtie de cuius imagine habẽt omne qõ sunt equari non possunt. Bene ergo dr. Nõ cõparabitur ei aurũ vel vitrum. Ad hoc em sancti oẽs ad illa gaudia eterna ꝓmittũt: vt esse deo similes ꝓsint: sicut scriptum est. Cum apparuerit / similes ei erimus: qm videbimus eum sicuti est. Et tñ scriptũ est. Dñe deus virtutum quis similis tibi? Et iterum. Aut ꝙs erit similis deo inter filios dei: Vñ ergo similes z vnde nõ similes / nisi qz huic sapientie e similes erunt ad imaginẽ: z tñ nõ erunt similes ad equalitatem: Al spiciẽdo ꝙppe eternitatem dei / fit eis vt eterni sint: z dum visionis eius donum percipiunt: ex ꝓceptione beatitudinis imitant ꝙ vident. Et sic ea ergo sunt ꝙ beati fiũt: z tñ creatori similes non sunt: qz creatura sunt. Et habẽt itaꝫ quãdã dei similitudinẽ: qz nõ habent finẽ: z tñ incircũscripti equalitatẽ nõ habẽt: ꝙ habent circũscriptionẽ. Dicatur igit recte. Non adequabit ei aurũ vel vitrũ: qz quãlibet sancti claritate z ꝓspicuitate fulgeant: aliꝰ ẽ dominos esse sapiẽtes i deo: atꝫ aliꝰ esse bolem sapientiã dei. Quam profecto sapientiã ille veraciter agnouit: qui mediatoꝝ dei z bolum aliquem cõparare setoꝝ minime ꝓsumpsit. Vñ z subdit.

¶ Ca. xxxij.

Ecce cõmutabũtur ꝓ ea vasa auri excelsa z eminentia. Excelsum ꝙppe vas auri bellas exstitit: excelsum vas auri hieremias: excelsa atꝫ eminẽtia auri vasa ꝓtores patres fuere. Sed hoc dei sapientia: vera carnali nos cõuersatione redimeret / apparuit i carne z qui nũ veraciter nõ agnouit mediatorem dei z hominũ hominem Jesum / christum vnum esse ex ꝓphetis putauit: quẽ electoꝝ oculi fide tenuerunt deũ / cũ viderẽt hominẽ. Vñ ab eo scis discipulis dr: Quẽ dicunt hoies esse filiũ hois. Cui cũ rnderẽt ptr⁹: alij iohannẽ baptistã / alij heliam / alij ꝙ hieremiã / aut vnum ex ꝓphetis: de suo mox sensu reḋrunt. Vos aũt quez me esse dicitis? Cui petr⁹ tot⁹ ecclesie voce rndens ait. Tu es xp̃us filius dei viui. Qr igit iurta Pauli vocem / christum nouim⁹ dei virtutem z dei sapientiã / petrus ꝓ hac sapientia vasa auri excelsa et eminentia cõmutare noluit: qz de illa nõ aliud ꝙ erat / intellexit. Al magnum ꝙppe (vt dictũ est) vas auri iohãnes. Al magnũ vas auri helias vel hieremias fuit. Sed quisquis eundẽ deum quẽlibet eoꝝ credidit vas auri excelsum z eminens ꝓ sapientia cõmutauit. Ecclesia ꝙ vas auri ꝓ hac sapientia nõ cõmutat: qz xp̃m filiũ dei: nõ vnũ esse ꝓphetarũ / sed vnũ ꝓphetarum dñm credit: ipsa z ꝙppe ad se venisse sapientiam videns / noluit se in illis aureis vasis figere / sed in eam studuit fide certissima pertransire. Vñ in canticis canticoꝝ dicit. Inuenerunt me vigiles / ꝙ custodiũt ciuitatẽ dñi quem diligit alia mea vidistis: Paululum cũ ptransissez eos / inueni quem diligit alia mea. Quos em vigiles qui custodiunt ciuitatem / nisi ꝓiores patres vel ꝓphetas accipim⁹: qui studuerũt ad custodiam nostram sancte ꝓdicationis voce vigilare: Sed cũ redemptoꝛ suum ecclesia qreret / in ipsis antiqs ꝓdicatoꝛib⁹ spem figere noluit: cũ dicit. Paululũ cuz pertransissem eos: inueni quem diligit alia mea. Illũ quippe inuenire nõ posset: si istos: ptransire noluisset. In istis se custodib⁹ infideles ficerẽt / ꝙ christum filium dei vnũ quẽlibet esse illoꝝ credebãt. Voce igitur ac fide petri inuẽtos vigiles sancta ecclia trãsijt: ꝙ ꝓphetarũ dñm vnũ quẽlibet ex ꝓphetis credere contempsit. Dicat ergo. Nec cõmutabunt ꝓ ea vasa auri excelsa z eminẽtia: qz electi quiqꝫ sctoꝝ vitã z venerant ex sub limitate / z tñ nõ suscipiunt ad errorẽ. Quos el puros boles eẽ scim⁹: deo homini oino nõ ꝙferũt. Unde adhuc subditur. ¶ Nec cõmemorabũtur in cõparatione eius. Qõ em superne patrie electi: sciẽtie z iusti sunt: sed ptcipatione sapientie nõ comparatione. Quid em sunt homines / deo cõparati? Tumẽ aũt sapia: lumẽ z seruꝰ sapiẽtie vocari solent. Sed illa lumen illuminans: isti lumẽ / illuminatũ: sicut scriptum est. Erat lux vera ꝙ illuminat oẽm hoiem venientẽ in hũc mundũ. Isti aũt tñmodo dr. Vos estis lux mũdi. Justitia quidem sapia: iustitia z seruꝰ sapiẽtie nun cupant: sed illa iustitia iustificans est: isti aũt sunt iustitie iustificata. De deo ꝙppe qui sapia est dr: vt sit ipse iustus z iustificans: isti ꝙ dicũt: vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Aliter ergo venerãdi est lumẽ illuminãs: aliter lumẽ illuminatũ. Aliter iustitia iustificans: aliter iustitia iustificata.

¶ Capitulum.xxxiij.

Sapiẽtia vero ẽt sapit: nec hz aliud eẽ: aliꝰ sapere: serui aũt sapiẽtie esse quidẽ sapiẽtes pñt nec tñ hoc hñt eẽ quod sapere: nam z esse possunt / z sapientes nõ eẽ. Hz vitã sapia: hz nõ aliꝰ hz z aliud est: ꝙppe cui hoc est esse qđ viuere. Serui aũt sapiẽtie cum habent vitã: aliud sunt z aliud habẽt: ꝙppe quibus non est hoc esse quod viuere: nã possunt aurta aliquid esse nec viuere. Aliud quippe illis est esse / aliud viuere: qz in ipo parente primo essentiam habuere per initium: vitã habuere per accessum: qm̃ primo de terra factus est hõ: z postmodũ sicut scriptũ est. Inspirauit in faciem eius spiraculũ vite: factus est hõ in aiam viuẽtẽ. Sapientia ꝙ habet essentiam

babet vitam: sed qđ babet ipsa est. Proinde incōmutabiliter viuit: qr nō ex accidēti ſz essentialiter viuit. Bona ergo cū patre z cum sancto ſpu veraciter est: cuius essentie comparatū esse nostrū nō esse est. Huic ſi cōiungimur/sumus: viuimus: sapim9: huic ſi cōparamur/nec sapimus: nec viuimus olim/nec sum9. Hinc est q sancti offes qđ in dei visione pficiunt: quanto magis diuinitatis interna cōſpiciunt/tanto magis se nihil esse cognoſcunt. Nusq̄ quippe legitur q abraam cinerem z puluerem se eē professus est/nisi cū habere dei meruit collocutionē. Ait em. Loquar ad dñm meū: cum sim puluis z cinis. Esse em se aliquē fortasse crederet/si veracem essentiam que super ipm est minime senſisset. Ait vero vbi ad immutabilē cōtemplandū sup se rapt9 est/implet9 tante cōtemplationis potentia dum videret illū/nil se esse nisi puluerē vidit: hunc est etiā q ppheta replet9 eadē sapientia exclamat. Memēto domie q pulvis sum9. Qui rursus eiusdem incommutabilitatē essentie cōſpiat9 ait. Oēs sient vestimentū veterascent: z sicut opertorium mutabis eos/z mutabunt: tu aūt idē ipse es: z anni tui nō deficient. Hinc ad moysen dr. Ego suz qui suz: z dices filijs israel: qui est misit me ad vos. Solus quippe veraciter est qui solus incōmutabilis permanet. Ista offie qđ mō sic et modo aliter est: iurta non esse est. Permanere em in statu suo nō potestatq̄ aliquo modo ad non esse tur/dum ab eo qđ fuerat semper ad aliud p momenta tempoꝝ ducitur. Et ergo in pticipatione illius essentie aliquid simus/cognoſcamus nosmetipſos: qr prope nihil sum9. Bene itaq̄ dr. Nec cōmemorabunt in comparatione eius: qr vasa auri excelsa z eminentia: que ex pticipatione sapientie nobis ve nerāda non sunt: in cōpatione sapientie etiā memorāda non sunt.

Quia vero hec sapiētia humanis cordibus latenter infunditur: ſicut de sancto ſpū q̄z dictū est. Spiritus vbi vult spirat: z vocē eius audis/z nō scis vñ veniat/aut q̄ vadat: idcirco subiungitur. Trahitur enim sapiētia de occultis. De occultis sapientia trahitur: qz cū sit inuisibilis non nisi inuisibiliter inuenitur. Que recte ☩ erabi dr: qz sicut fiatum trahimus vt corpus viuat: sic ab intimis sapiēte ſpūs ducitur/vt ad vitam ala subsistat. Unde psal. ait. Os meum aperui/z attraxi spiritum. Que nimirum sapientia hūana carne cū asa rationali susceptā dū ab intimis apparuisset in pmptu: mundus hic qui auctorē suū inuisibilē videre non potuit: que visibilē cōsperit bouem/cum quoq̄ z inuisibilem agnouit deū: conuersa est ba in fidelitatis suc tenebris superbis suis figmentis creuit: fides: ppagata autem fide veneratione oim ictēc celeste cultui emicuit. Qui cum deessent agri aduersarij/ tentari cepit a suis. Sta q̄z i ea bereses exorte/p eā duri certaminis bella pauerūt. Exercēda ąppe est hoc tēpore p laboze: q̄ sequenti tendit ad remunerationē. Qua ex re actū est vt in eo nōnulli pdirent/q̄ media tozē dei z hoim hominē christū Jesum purum hominē creatū dicerent: sed ex gra edificatū: tantūq̄ ei scitatis tribuerēt/ q̄tū de sctis ceteris ei9 videlicet famulis agnouissent: quos beat9 iob propbetie ſpū afflatus sententie sue diffinitione redarguit/dicens.

¶ Capitulum. xxviii.

Non adequabitur ei topazius de ethiopia. Quid p ethiopiam nisi pārem mūdū accipim9: que colons nigredine delignat pctozum pplm/ feditatemq̄ meritozum. Aliquando ąp ethiopie nole specialiter gentilitas designari solet infidelitatis prius nigra peccatis. Quam veniente dño abacub ppheta vidit timoze pterritā: z ait. Tabernacula ethiopum expauescēt: tabernacula terre madian. Dauid ſp ppheta videns q ad iudeam redimendam veniret dominus: sed ante gentilitas crederet/z postmodū iudea sequeret: sicut scriptum est. Donec plenitudo gentiū introiret: z sic omnis israel saluus fieret/dicit. Ethiopia huc niet manus eius deo. i. priusq̄ iudea credat/salnandam se offert ol potenti dño pctis nigra gētilitas. Topazius ąp pciosus lapis est: qz greca lingua pan omne dr: pro eo q̄ omni colore respiendet topazius quasi topandus vocat. Dū in vero dei conuersa gentilitas credidit/ ex ea mlti sunt dono ſpūs locupletati: vt quasi multis coloribus ſicut multis virtutib9 luceant. Ꝫ ne acceptis quisq̄ virtutibus extollatur/a sancto viro nunc dicit. Non adequabitur ei topazius de ethiopia. Acsi aperte dicat. Nullus sanctoꝝ quibus libet virtutib9 plenus: et ista tū regredine mūdi collectus/ se equare ei potest: de quo scriptum est. Quod nascetur ex te sanctuz/vocabitur filius dei. Nos quippe etsi sancti efficimur/nō tñ sancti nascimur/quia ipsa nature corruptibilis conditione constrin gimur: vt cum ppbeta dicamus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: z in peccatis peperit me mater mea. Ille aūt solus vera citer sanctus nat9 est: qui vt ipsaz conditionem nature corruptibilis vinceret: ex commixtione carnalis copule conceptus non est. Huic se sapientie quasi quoddam topazium de ethyopia equare voluit/cū quidam bereslarches dixit. Non inuideo christo deo facto: si volo z ipse possum fieri. Qui iesum christum dñm nostrum non per mysterium conceptionis: sed per profectum gratie deum putauit: peruersa allegatione astruens eum purum hominem natum: ſz vt deus esset per meritū pfecisse: atq̄ ob hoc estimās z se eq̄ libet alios posse ei cocquari: qui filij dei per gratiaz sunt nō intelligēs: nō attendens: qz non adequabitur ei topaziū de ethiopia. Aliud est esse natos p gram homines adoptiōis accipere: aliud vnum singulariter p diuinitatis potētiā/deū et ipo conceptu prodisse: nec equari potest gloria vnigeniti habita per naturam: alijs accepta per gratiam.

¶ Capitulum. xxix.

Edlator quippe dei at q̄ hominum bō rpus iesus nō (sicut iste beretic9 desipit) alter in deitate est: nō pri9 bō cōceptus atq̄ edit9: post p meritū vt deꝰ esset accepit: ſz nūciāte angelo z aduenīēte ſpū mox ꝺbū in vtero: mox intra vterū ꝺbū caro z manēte incōmutabili essentia: q̄ ei est cū patre z cum sancto ſpū coeterna assumpsit intra virginea viscera: vt z ipassibilis pati/z imortalis mori: z eterꝰ ante secula tpalis posset eē in fine seculoꝝ: vt p ineffabile sacramentū conceptu sancto z partu inuiolabili ſz veritatem vtriusq̄ nature eadem vir go z ancilla dñi esset z mater. Sic quipe ei ab elizabeth dicit. Unde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Et ipsa virgo cōcipiēs dixit. Ecce ancilla dñi: fiat mihi secundum verbum tuum. Et ꝺbum ipse aliud ex patre/aliud ex virgine nō tamen alius ex patre: alius ex virgine: sed ipse est eternus ex patre: ipse temporalis ex matre: ipse qui fecit: ipse qui factus est: ipse speciosus forma pre filijs hominū per diuinitatem: z ipse de quo dictum est. Uidimus eum: z nō erat aspectus: z non est species ei noꝝ decor per humanitatem. Ipse ante secula de patre sine matre: ipse in fine seculoꝝ de matre sine patre. Ipse templum: ipse condi-

ctor: qui si volo z ipse possuz fieri. Jn hoc ticum.

Modi incarnationis ver bi.

Luce. 1. d.

Luce. 1. d.

Esaie. 53. a.

tor templi: ipe auctor operis: ipse opus auctoris: manēs vn⁹ ex vtra q; z in vtraq; natura: nec naturaꝝ copulatione cōfusus/nec naturarum distinctione geminatus. Ex qz non hec tractanda suscepimus ad exponēdi ordinē redeamus. Nō tandū nobis est q; sctūs vir vt longe distare ab hac sapientia angelos demōstraret/dicit. Nō dabitur aurū obrisum pro ea. Qui vt antiquos etiā patres sacri eloquij tractatores inferiores ostenderet: adiunxit. Nec appendetur argētū in cōmutatione eius. Vt philosophorum quoq; sapientiā huic mōstraret lōge subesse intulit. Non cōferetur tinctis indie coloribus: aut; subiūxit. Nec lapidi sardonico pretiosissimo vel saphyro. Ut i illa ꝗs superna ciuitate nullum puenire ad equalitatē vnigeniti dei mōstraret/addidit. Non adequabitur ei aurū vel vitrum. Ut pphetas ꝗs ei subesse ostēderet adiunxit. Nec cōmutabitur pro ea vasa auri excelsa z eminētis: nec cōmemorabunt cōparatiōe eius. Trahit enī sapia de occultis. Ad extremuz vero vt ipsos ꝗs in ecclesia hereticos screparet: qui a gentilitatis errore venientes fidē quā pcipiūt p superbiam scindunt/addidit. Non adequabitur ei topaciuz de ethiopia. Electi patenter insinuet/dicens. hi qui ex peccati nigredine ad cōuersionē veniunt/equari deo omo nō possunt: q̄uis multis colorū virtutibus resplendere videant. Quoꝝ vt superbia refutet/apte subiūgitur. Nec tincture mūdissime componentur. Tincture enī mundissime vocantur hi qui veraciter sunt humiles/veraciter sancti: qui sciunt quidem qz ex semetipsis virtutum spēm nō habēt: sz hāc ex dono gratie desuper venientis tenēt. Tincti enī nō essent/si sanctitatē naturaliter habuissent. Sed mundissime tincture sunt: qz humiliter custodiūt superuenientē in se virtutū gratiā quā acceperūt. Hinc est enī q; spōsa vocende/sancta ecclesia dicit. Que est ista que ascēdit dealbata? Quia enim sancta ecclesia celestē vitam naturaliter non habet: sed supueniente spū pulchritudine donoruz cōponitur: non alba/ sed dealbata memoratur. Et notandum q; superius cū diuisset non cōferē tinctis indie coloribus/eosdem colores nō intulit mūdos: hoc vero in loco vt tincturam veraciū virtutū ab illa philosophoꝝ fucatione distingueret: tincturas dicens. addidit mundissimas. Tincture enī mundissime recte nominant hi qui prius q; prana opa fedi fuerāt: supueniēte tamē spū nitore gratie cernunt: vt longe aliud appareāt esse q; erant. Unde etiā baptisma. i. tinctio dicitur ipsa nostra in aquā descensio. Tingimur quippe z qui prius fedi eramus deformitate vitioruz: accepta fide reddimur pulchri gratia z ornamēto virtutum. Sequitur. ¶ Unde ergo sapientia veniet: z quis est locus intelligētie? Absōdita est ab oculis omnium viuentium. Pensandū magnopere est qd a sancto viro requiritur/vnde sapiētia veniat. Ab eo enī venit a quo orta est. Ex qz ab inuisibili z coeterno patre nascit/ eius via occulta est. Unde p; ppbetam ꝺz. Generationem illius quis enarrabit? Locus vero intelligentie eius est mens humana: qmā hec dei sapiētia nō repleuerit/sanctuz facit. Quia ergo z inuisibilis est de quo pdīt: z incertū nobis est in cuius mente intellecta requiescat: recte nūcꝺ. Unū ergo sapientia veniet: z ꝗs est locus intelligentie?

¶ Capitulum. xxvj.

Sed hoc valde mirū est q; primus subinfert. ¶ Abscondita est ab oculis omnium viuentiuz. Sapia q; ppe que deꝰ est: si olim vinū oculis occulta esset/ hāc p cultū dīo sanctoꝝ nemo vidisset. Ex ecce huic sententie Joannē audio concordantē qui ait. Deum nemo vidit vnq;. Rursumq; cuz testamēti veteris patres intueor: multos horū teste ipsa sacre lectiōis historia deū vidisse cognosco. Uidit q; pe Jacob dīm/qui ait. Uidi dīm facie ad faciez: z salua facta est aīa mea. Uidit moyses deū de quo scriptum est. Loquebat dūs ad moysen facie ad faciē sicut loqui solet homo ad amicū suū. Uidit idē iob dīz qui dicit. Auditu auris audiui te: nūc aūt oculus meꝰ videt te. Uidit Esaias dīm qui ait. Anno quo mortuꝰ est rex ozias vidi dīm sedentē sup solū excelsum z eleuatum. Uidit michēas dīm qui ait. Vidi dīm sedentē sup solū suuz: z omnē exercitū celi assistentē ei a dextris z a sinistris. Quid ergo q; tot testamēti veteris patres deum se vidisse testati sunt: z tamen de hac sapia que deꝰ est ꝺz. Abscondita est ab oculis omniū viuentiuz. Et Joannes ait. Deuz nemo vidit vnq;: nisi hoc qō patēter dat intelligi: q; q̄diu hic mortalr viuit/ videri p quasdā imagines deus pōt: sed p ipsam nature sue speciē nō pōt: vt ala gratia spūo afflata per figuras quasdā deū videat: sed ad ipsam vim eius essentie non ptingat. Hinc est enim q; Jacob q; deū se vidisse testat: hunc nō nisi in angelo vidit. Hinc est q; Moyses qui cum deo facie ad faciē loquebat/ sicut loqui solet hō cū amico suo: et inter ipsa ꝺba sue locutionis dicit. Si inueni gram in conspectu tuo: ostende mihi teipsum manifeste vt videam te. Certe cū si deus nō erat cū quo loquebat/ostēde mihi deū diceret: z nō ostende temet ipsum. Si autem deus erat cum quo facie ad faciem loquebatur: cur se petebat deū videre qué videbat? Sed ex hac eius petitione colligitur: quia cum sti tebat p incircūscripte nature sue claritatem cernere quem iam ceperat p quasdam imagines videre: vt sic super ma essentia mentis eius oculis adesset: quatenus ei ad eternitatis visionem nulla imago creata tēporaliter interesset. Et viderunt ergo patres testamēti veteris dominū: z tamen iuxta Joannis vocem: deū nemo vidit vnq;: z iuxta beati Iob sententiaz: sapientia que deus est abscondita est ab oculis omnium viuentiū: quia in hac mortali carne consistentibus z videri potuit per quasdam circunscriptas imagines: z videri nō pōt per incircūscriptum lumen eternitatis.

¶ Capitulum. xxvij.

Si vero a quibusdā pōt in hac corrupti bili carne viuētib? sed ,tñ inestimabili virtute crescētibus quodā cōtemplatiōis acumie eterna dei claritas videri: hoc ꝺz a beato Job sentētia nō abhorret/qui ait. Absc̄dita est ab oculis oim viuētiū: qm̄ ꝗsq; sapiam que deꝰ est vidit: huic vite fundit? mozitur: ne tam eius amore teneatur. Nullus quippe eam vidit qui adhuc carnaliter viuit: quia nemo pōt amplecti deum simul z seculum. Qui enī deuz vidit cōtpso mozitur: quo vel intentione cordis vel affectu operis ab huius vite delectationibus tota mēte separatur. Unde adhuc ad eūdem quoq; Moysen dicitur. Non enim videbit me homo z viuet. Ac si aperte diceretur. Nullus vnq; deum spūaliter vidit/ z mundo carnaliter viuit. Unde Paulus ꝗs apls q; adhuc dei inuisibilia (sicut ipe testatur) ex parte cognouerat: iā huic mūdo totū se mortuuz esse pbibebat dicēs. Mihi mūdus crucifixus est z ego mundo. Sicut enī iam longe superius diximꝰ: nō sufficit vt diceret mundo crucifixus sum: nisi etiā premitteret mihi mūdus crucifixus est: vt nō solū se mūdo mortuū: sed etiā mūdū sibi mortuum esse testaretur: quatenus nec ipse mundū: nec ipsum iam mūdus appeteret. Si enī duo

1. Joā. 4. c. D

Beſ. 32. g.

Exodi 33. b.

Eſaie 6. a.

3. Reg. 22. b.

Exo. 33. c.

E

B Lauti. 6. d. z Eſth 1. d.

Tincte ve mūdiſſime.

C Eſa. 53

Quōſis pietis abſcondita ſit ab oculis oim viuentiū

F

Ibidē.

Bak. 6. d.

fortasse invno loco sunt: quoꝝ vn⁹ vinus/alter no sit mortu⁹: z si mortuus viuentē non videt: vinus tñ mortuum videt. Predicator autē dei vt ostēderet/qz p abiectionem qua se humiliando detexerat/ talis taz factus esset: vt nec ipse mūdum/nec mūdus ipsuz cōcupisceret: nō solū ait se mundo crucifixū vt ipse mūdi gloriā quā appeteret tanq̄ mortu⁹ nō videret: sed etiaz mundū sibi asserut crucifixuz: in quo tanta se humilitate detexerat vt ipse mūdus tanq̄ mortu⁹? Paulum humilē atq̄ despectū iam videre nequaq̄ posset. Sciendū vero est q̄ fuere nōnulli q̄ deū dicerēt etiā in illa regiōe beatitudinis in claritate quidē sua cōspici/ sed in natura minime videri. Quos nimi ruz minor inquisitiōis subtilitas fefellit. Neq̄ enī illi simplicit ineō mutabili essentie aliō est claritas aliud natura: sz ipsa ei natura sua claritas/ ipsa claritas natura est. Quia enī suis dilectorib⁹ hec dei sapientia se q̄dz ostēderet/ipe pol licet dicēs. Qui diligit me diliget a patre meo: z ego diligā eū/z manifestabo meipsum illi. Actī patenter dicat. Qui i vestra me cernitis restat vt in mea me natura videatis. Hinc rursus ait. Beati mūdo corde: q̄m ipsi deū videbunt. Hinc Paulus dicit. Nūc videmus p speculū in enigmate: tunc autē facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.

Deum patria videri.

6

Matt. 5.a.

1. Cori. 13.b.

¶Capitulum.xxviii.

1. Pet. 1.c.

Sed qz de deo primuz p ecclesie predicatorem b2. Jn quez desiderant angeli ꝓspicere. Sūt nonnulli qui nequaq̄ deū videre vt angelos suspicantur: z tñ dictū p veritatis sufiam scimus. Angeli eoz in celis semp vident faciē patris mei q̄ in celis est. Nunq̄d ergo aliō veritas: aliud ꝓdicatoz sonat ꝓfitatis? Sz si sola veritaꝝ cōferē: qz sibi nequaq̄ dissonāt agnoscit. Deū quippe angeli videt z videre desiderant: z sitiunt intueri z intuent. Si enī sic videre desiderant vt effectu sui desiderij minime pfruant: desiderū sine fructu antietate habet/et antietas penā. Beati vero angeli ab oi pena antietatis longe sunt: qz nunq̄ simul pena z beatitudo conueniunt. Rursum cum eos dicimus dei visione satiari: qz psalmista ait. Satiabor dū manifestabitur gloria tua. Considerandum nobis est qm̄ satietatem solet fastidiū subsequi. Ut ergo recte sibi vtraq̄ conuenīāt dicat veritas: qz semper videt: dicat ꝓdicator egregius qz semp videre desideret. Ne enī sit in desiderio antietas: desiderāres satiantur: ne aūt sit in satietate fastidium/satiari desiderant. Et desiderāt igitur sine labore: qz desiderium satietas comitatur: z satiantur sine fastidio: qz ipsa satietas ex desiderio semper accenditur. Sic quoq̄ z nos erimus: qñ ad ipsum fontez vite venerimus: erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atq̄ satietas: sed longe abest a sitī necessitas/ longe a satietate fastidium: qz z sitientes satiabimur/et satiati sitiemus. Videbimus igit deum ipsum qui erit premiū laboris nostri: vt post mortalitatis buius tenebras accessa eius luce gaudeamus. Sed enī eius lucem dicimus accessam: obsistit adhuc qđ Paulus dicit. Qui lucem habitat inaccessibilē: quē vidit nullus hominū sed nec videre potest. Et rursus audio qđ psalmista ait. Accedite ad eum z illuminamini. Quomodo ergo accedēdo illuminamur/si ipsaz lucem qua illuminari possum⁹ nō videmus? Si vero accedendo ad eum ipsum qua illuminamur lucem videmus/quomodo inaccessibilis esse ꝓhibet? Qua in re pēsandum est q̄ inaccessibilē dicit hominī/sed bīuna sapienti. Scriptura quippe sacra oēs carnalīū secrato res bīuanitatis nosse notare solet:

Deus ꝓ patria.

Psa. 16.d.

1. Tim. 6.c.

Psalmi rati no mie in scripta rationē rum oēs carnalīz se ctatos

A

1. Cori. 3.a.

Unde idez apl̄s quibusdā discordantibus dicit: Cum enim sit inter vos zelus z contentio nōne carnales estis: z ꝺm hoīem ambulatis? Quibus paulopoꝛt subiecit. Nōne homines estis? Et vnde alas testimoniū protulit. Quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec i cor hominis ascendit: que preparauit deus diligentibus se. Et cum hoc hominibus diceret absconditum

1. Cori. 2.c.

mor subdit. Nobis autem reuelauit deus per spm̄ suū: ipsuz scz abdominis vocatione discernens: q̄ raptus supra hoīem diuina taz saperet. Ita etiā hoc loco cū lucē dei inaccessibilē ꝓhiberet vt ostēderet quibus subdidit. Quē vidit nullus hoīm/sed nec videre pōt: more suo hominēs vocās oēs bīuana sapientes: qz qui diuina sapiunt/ vez supra homines sunt. Videbimus igit deū/si perceleste conuersationem supra hoīes esse meremur. Nec tñ ita videbimus sicut videt ipse seipsum. Longe disparit̄ q̄pe videt creator se q̄ videt creatura creatorē. Nam q̄tū ad immensitatem dei quidam nobis modus figitur contemplationis: qz ei ipso pondere circumscribimur/quo natura sumus.

Nō videbim⁹ deū sicut ꝓpe videt ipse seipm. Ratio.

¶Capitulum.xxix.

B

Sed pfecto non ita cōspicimus deū sicut ipse cōspicit se: sicut nō ita requiescim⁹ in deo/quem admodū ipse requiescit in se. Nam visio nostra vel requies erit vtiqz similis visioni/vel requieti illi⁹: sz equalis nō erit. Ne enim faciamus in nobis (vt ita dicam) contemplationis penna nos subleuat: atq̄ a nobis ad illū erigimur intuendū: ratio prior intentione cordis quidē dulcedine contēplationis aliquo modo a nobis imus in ipsum: z iam hoc ipm re nostrū minus est requiescere: z tñ sic ire pfecte requiescere est/z pfecta ergo requies est: qz deū cernitur: z tñ adequata nō est requies illius: qz nō a se in aliuz transit vt requiescat. Est itaq̄ requies (vt ita dicā) similis atq̄ dissimilis: qz q̄ illius requies est/hoc nostra imitatur. Siq̄dez beati atq̄ eterni sim⁹: ineternum imitemur eternuz. Et magna nobis est eternitas imitatio: eternitatis: nec exortes sum⁹ eius quem imitari possumus: qz videntes participamur: z participantes imitamur. Que nimirum visio nunc fide inchoatur: sed tūc in specie perficitur: quando coeternam deo sapientiam quam modo per ora predicantium quasi per decurrentia flumina sumimus: in ipso fonte bibemus.

¶Finit liber Decimusoctauus Moralium sancti Gregorij.

¶Liber Decimusnonus Moralium sancti Gregorij magni: continuans capitulum vigesimumoctauuz textus beati Job. Capi.j.



Quid mi

ruz si eterna dei sapientia cōspici nō valet: qñ ipsa q̄z inuisibilia q̄ pcta sunt bumanis oculis cō prehendi non pñt? In rebus ergo creatis discim⁹ creatoꝛez oim ꝓta humilitate veneremur: vt hac vta vsurpare sibi de ostentis dei specie mēa bīuana nil audeat: qđ soluz electis suis ꝓmiū in subsequēti remuneratiōe seruat. Uñ bene postq̄ dictū est. Absconditus est ab oculis oim viuentiū: tunc subinfertur. Volucres q̄z celi latet. In scriptura em̄ sacra volucres aliq̄n in malo: aliq̄n in bonodanē intelligi. Per volucres q̄ppe nōnunq̄ pessates aeree designant bonoꝝ studq̄s aduerse. Uñ ꝓfitatis voce dr. Quoniam semen q̄s secus viam ceciditꝛ venerūt volucres z comede-

textus C

Matt. 13.a.

runt illū: qz nimirū maligni spūs būanas mētes obsidētes: dū cogitationes noxias ingerūt/ꝓbūvite a memoria euellūt. Hinc rursum cuidaz diuiti superba sapienti ꝺr.

Matt. 8.c. Lu.9.g Vulpis natura. D

Vulpes foueas habent: r volucres celi nidos: filius aūt hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Vulpes valde fraudulēta sunt alalia: que in fossis vel specubus se abscōdunt. Cūq apparuerint: nunq̄ recti is itineribus / sed tortuosis anfractibus currūt. Volucres ꝯo vt nouim⁹ alto volatu se in aera sub leuāt. Note ergo vulpū dolosa atq̄ fraudulēta: note aūt volucrū bec eadē supba demonia designantur. Acsi dicat. Fraudulēta r elata demonia in corde vestro. i. in cogitatione supbie inueniunt habitatio nē suā: filius aūt hominis vbi caput suum reclinet nō habet. i. humilitas mea requiē in supba mēte vsq̄ non inuenit. Quasi enīz in quodā volatu volucris illa prima se extulit/q̄ per elatā cogitationem dixit

Esaie 14.d. In celum conscendam super astra celi exaltabo solium meum: sedebo in monte testamēti in lateribꝰ aquilonis: ascēdam super altitudinem nubiū/ero similis altissimo. Ecce ꝯ alta superbe volādo perūt: que etiā volatum primis dolosus persuasit. Ipsi ꝯppe volando quasi super se ire conati sunt: qñ eis dictū est vt gustarēt r essent sicut dñs. Cūq similitudinē diuinitatis appetūt: immortalitatis munera pdiderunt. Qui in terrā moriēdo non essent/si sup terrā humiliꝰ stare voluissent. At ꝑtra in bono volucres poni solēt: sicut in euāgelio dñs cū similitudinē regni celestis ex grano synapis denūciaret dixit.

Matt. 13.c. Cui simile est regnuz dei: r cui ille estimabo illud? Simile est grano synapis qđ acceptū bō misit in hortum suū: r creuit r factū est in arborem magnam: r volucres celi requieuerūt in ramis eius. Ipse quippe est granū synapis: q̄ mortis sepultura plantatus arbor magna surrexit. Granū nāq̄ fuit cū moreret: arbor cum resurgeret. Granū p humilitatem carnis / arbor per potentiaz maiestatis. Granum/quis vidim⁹ eum r non erat aspect⁹. Arbor autem/quia speciosus forma pre filiis hominum.

¶ Capitulum. ij.

E

Vius arboris rami sceli p̄dicatores sūt: Et videam⁹ ꝯ late rēdant. Quid est de eis dr? In oēm terrā exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. In istis ramis volucres requieuerūt: qz scte aie q̄ bñ sd. virtutū pēnis a terrena cogitatiōe se subleuāt: in eoꝝ dictis atq̄ cōsolationib⁹ ab hui⁹ vite fatigatiōe respirāt. Hoc igit in loco posq̄ de sctis dictū est. Abscondita est ab oculis oīm viuentiū: recte subiungitur. Volucres q̄z celi latet: qz in hac corruptibili carne constituti/nature eius potentiā ipsi ex viuendo nō penetrāt q̄ tā p meritū scte cōtēplatiōis volāt. Ubi apte subiungit. Perditio r mors diceruīt: auribus nr̄is audiuim⁹ famā ei⁹. Quid pditiois r mortis nisi maligni spūs designant? Qui inuentores mortis r pditiōis exciterunt: sicut de ipso eoꝝ principe sub ministri eius specie p Joannē dr. Et nomē illi mors: cui subiecti oēs superbi spūs de hac sapia que dei est dicūt aurib⁹ nr̄is audiuimus famā ei⁹: qz nimirū visionē illi⁹ plena brītudine hre nequerunt. Videre ꝯppe coeternā dei sapiaz hoc est qđ hre. Uñ ad Joannē de munere vincentis dr. Dabo illi calculū/r calculo nomē nouū scriptuz: qđ nemo scit nisi q̄ accipit. In hac etenī vita scire aliq̄d vel videre possumus etiā q̄ nō accipim⁹: hre ꝯo nomē nouū in calculo scriptū. i. eterno ꝑmio notitiā dei dilantis mētib⁹ infusa tā: qua scire nemo pōt nisi q̄ hanc etiā accepit hre. Qz vtraq̄ (vt dixi mus) videre deū hoc est qđ habere

Job 8.f. Ps. 18.a.

Joan. 14.b.

Apoc. 6.b.

Apoc. 1.c. f

Videt deū bs bere

ō inuiq̄ spūs hāc sapiam nō vidēt: qz repulsi p supbiā nequaq̄ eā hre potuerūt. Ad lucē ꝯppe ei⁹ clauserūt oculos cordis / supfusis ei⁹ radijs repugnātes: sicut intelligi etiā de eisdē malignis spiritib⁹ pōt qđ scriptū ē: ipsi rebelles fuerūt lumi ni. Famā ergo sapie malignis spiritib⁹ audisse est: sz eidē sapiaz nō vidisse/et ei⁹ potētiā ex ꝯtute illi⁹ cognouisse/r tñ sub ea būiliter stare nolwisse. Uñ r vitaq̄ voce de ipo malignoꝝ spirituū capite dr. Ille homicida erat ab initio/r in veritate nō stetit. Sequit. ¶ Deus intelligit viā ei⁹: r ipse nouit locū illius. Hec coeterna deo sapia aliter viā hz atq̄ aliter locū: locuz ꝯo si quis intelligit nō localē: nāz teneri corporalr nō pōt de⁹ sed (vt dictū est) locus intelligit nō localis. Locus sapie pater est: loc⁹ patris sapia: sicut ipsa sapia attestāte dr. Ego in pre r pater in me.

¶ Capitulum. lij.

Iter ergo sapia bene viā atq̄ aliter locū. Uiaz p būnitatis trāsitū: locū vero ꝑ statū diuinitatis. Indecīsi nō transit vñ eterna est: sz ide trāsit vñ ꝓpter nos apparuit tēporalis. Sic nāq̄ in euāgelio scriptū est: qz egrediens ab hierico dñs trāsibat. Duo aūt ceci sedētes iuxta viā clamauerūt dicētes: dñe mi serere nostri fili David. Ad quoꝝ vocē sicut scriptū est: stetit iesus et lumē reddidit. Quid est aūt transeundo audire: stādo lumē restituere: nisi ꝑ humanitatē sua nobis misertus est: qui p diuinitatis sue potētiā a nobis mētis nostre tenebras exclusit? Qđ essi ꝓpter nos natus r passus est: q̄ resurrexit ascendit in celū / quasi trāsijt iesus: q̄ b nimirū actio tpalis est. Ystās eos tetigit r illuminauit: qz nō sicut ille dispēsatio vbi tēporalis: ita vbi eternitas transit qui in se manēs innouat ora. Stare essi dei est incō mutabili cogitatiōe mutabilia cōcta disponere: q̄ ergo clamore petētiū transiēs audiit: stās lumē reddidit: qz etsi ꝓpter nos tpalia ptulit: inde tñ nobis lucē tribuit / vñ habere mutabilitatis transitū nescit. Qz igit qñ p carnē apparet hominibus incertū fuit: recte nūc dicit. Deꝰ intelligit viā ei⁹: r ipse nouit locū illi⁹. Acsi apte diceret. Humane cogitatiōi occulta sunt vel qñ p carnē ad hoīes sapia veniat: vel quō apud patrē inuisibilis esse cū foris apparuerit pūsitat: ꝙuis ē intelligi r aliter pōt. Uā via ei⁹ nō incōuenienter accipit hocipsuz qđ venit ad cor: scescq̄ nobis intrinsecus infundit. Locus vero eius sit cor adq̄s venies ꝑmanet. De hac quippe via illi⁹ dr. Uor clamātis in deserto: parate viā dñi. r. in cor de vestro venīēti sapientie aditū reserate sicut als dr. Iter facite ei q̄ ascendit super occasum. Sup occasum fuit ascendere: ipsam mortem quam pertulerat resurgendo superasse. Ait ergo. Et qui ascēdit sup occasuz iter facite. i. resurgēti dño in vestris cordib⁹ p fidē viam prebete. Hinc Joanni per spm dr. Preibis ante faciē dñi parare vias eius. Quisquis etenī predicando a sordibus vitiorum corda audiētiū mūdat venienti sapientie viā ꝓparat. Habet ergo vlī ista sapia / habet r locū. Uiā qua venit: locuz quo manet: sicut ipsa ait. Si q̄s diligit me sermonē meū seruabit: et pater meus diliget eū: r ad eum veniem⁹ / r mansionē apud eū faciemus. Uia est igit qua venit: locus quo manet. Sed quo venit q̄ vbiq̄ est? Uenire est sapie p illuminatiōnē mētis nostre indicare presentiā maiestatis sue. Et qz bonus incertum est vel in cuius corde veniat: vel posq̄ venerit permanēdo requiescat: recte nūc dicit. Deus intelligit viā ei⁹: r ipse nouit locum illius: qz solius diuine visionis est cernere: vel q̄b⁹ modis intellectꝰ sapientie ad cor bonis veniat: vel

Matt. 3.a. Ps. 67.a. Lu.1.c Job 14.b.

cutus mēs intellectū vite quē perceperit/in mortiferis cogitationibus non amittat. Et q̄ hec eadez sapia p̄ bñanitatis gr̄az manifestata in cūctis mūdi ptib⁹ electoz fuerat corda repletura: recte subdit.

¶Capitulum.xiij.

Respicere. dei.

Ipse enim fines mū
di intuetur: et oſa ħ
sub celo sūt respicit. Respicere quippe dei est: ea que amissa ac p̄dita fuerant ad suam gr̄am reformare. Vñ scriptū est. Ret̄ ħ sedet in solio iudicij: dissipat omne malum intuitu suo. Respiciendo nāq; lenitatis mētalia coercuit: et magna merita maturitatis dedit. Vñ adhuc subdit. ¶Qui fecit vētis pōdus. Velocitate enī ac subtilitate ventoz in scriptura sacra

ꝑ.17.b solent anime dēsignari: sicut p̄ ps̄. de deo dr. Qui ambulat super pennas ventoz. i. qui trāsgreditur virtutes animarū. Fecit ergo ventis pondus: q̄ dum supna sapientia

ꝑ.4.a. replet alas/eas maturitate solita graues reddit: nō illa granitate q̄ dr. Filij bolm vsq̄quo graui corde. Aliud nāq; est grauem esse per cōsilium/aliud p̄ pctm̄/aliud est grauem esse per cōstantiam/aliud per culpam. Ista enī granitas pond⁹ hz oneris/illa virtutis. Pōdus ergo accipiunt ale: vt ab intentione dei nō iam leui motu diffiliant: sz in eum fixa constantie granitate consistant. Adhuc ille ppha leniter mouebatur: de quo p̄ pphetam dr. Abijt vagus in viā cordis sui: viā eius vidi: et dimisi eū. Graue aūt cōsilium cordis omnē constantiā vagationis expellit. Et qm̄ sunt ale q̄ leui motu nunc ista/nūc illa desiderāt: ope dei q̄ ipsas leues fluctuationes mētis nō leniter pensat: vagationē cordis relinquendo diiudicat. Sed cū p̄ gr̄am respicit vagā mentē inter cōsilia stabilitatem figit. Recte ergo nūc dr. q̄ fecit ventis pondus: q̄ cum leues motus animi misericorditer dignat aspicere: hanc p̄tinus ad cōstantie maturitatē formar. Vel certe mentis pōdus est facere/ cōcessam hic electis de virtutibus gloriaz p̄mitra infirmitate temperare. Vñ e subditur. ¶Et aquas appendit in mensura. Aque in scriptura sacra aliq̄n spūs sanctū: aliq̄n sclam sapiā: aliq̄n sclam prauā: aliq̄n tribulationem: aliq̄n defluentes ppos/ aliq̄n mentes bonoz fidei p̄dicamenta designat: sicut in euangelio dicit. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina aq̄ vive de ventre eius fluent. Ubi euangelista se cutus adiunxit. Hoc aūt dixit de spū quē accepturi erant credētes in eū. Rursum p̄ aquaz sacra scia designat: sicut dr. Aqua sapie salutaris potabit eos. Per aquā quoq; prava sciētia appellari solet: sicut apud Salomonē mulier ħ typum hereseos tenet: callidis suasionib⁹ blandit dicēs. Aque furtive dulciores sunt. Et aquaz etiā nomine nūmq; solēt tribulationes sc̄lligi: sicut p̄ psalmistā dr. Saluū me fac de⁹: q̄m intrauerūt aq̄ vsq̄ ad aiam mā mea. Per aquam ppli designā tur: sicut p̄ Joānem dr. Aque vero sunt ppli. Per aquam ħz nō solus fluxus decurrentiū pploz: sed etiā bonoz mētes fidei p̄dicamenta sequentiū designant: sicut ppheta ait. Beati q̄ seminatis sup omnes aquas. Et p̄. psalmistā dr. Super oēs aquas. Hoc ergo in loco quid aquaz nomine nisi electoz corda signant q̄ p̄ intellectū sapie auditū iam fugne vocis acceperūt. De hac bus recte dicitur.

¶Capitu. v.

Et aquas appendit in mēsura. Qui sancti mentes ipsi q̄ subleuāt: spiritu ad summa rapiunt: quādiu i hac vita sūt: nisi ne aliqua elatione sup̄bīāt q̄busdam tētationib⁹ reprimunt: vt nequaq̄ tm̄ p̄ficere valeāt. Quum voluīt: sed ne extollant

3. Regū. 19.a. Exemplū de helia.

superbia fit in eis ipsaz q̄dam mensura virtutū. Hinc est enī q̄ Helias dū tot virtutibus in alta p̄fecisset: quadā mensura suspensus est: dum Jezabel postmoduz q̄si regina/ tamē mulierculam fugit. Perpendo q̄ppe hīc mire virtutis virum iguē de celo trahere: et sedo quinquagenarios viros cū suis oſtibus petitione subita cōremare: verbo celos a pluuijs claudere: verbo celos ad pluuias apire/ sustentātē mortuos: ventura q̄z p̄uidentē: et ecce rursus animo occurrit quo pauore ante vnā mulierem fugerit. Considero virū timore hostium de manu dei mortem petere nec accipere: de manu mulieris mortem fugiendo vitare. Que

Ibidē. rebat enī mortez dum fugeret/ dicens. Sufficit mihi: tolle animam meā: neq; enī melior sum q̄ patres mei. Vñ ergo sic potēs vt tot illas virtutes faciat? Vñ sic infirmus vt ita feminam ptimescat? nisi q̄ aque appēdunt in mēsura: vt ipsi sancti dei homines t multum valeant p potentiā dei: t rursum quadam mēsura moderati sint p infirmitatem suā. In illis virtutibus Helias quid de deo accepat: i istis infirmitatibus q̄d de se esse poterat agnoscebat. Illa potentia virtus fuit/ista infirmitas custos virtutis. In illis virtutibus q̄s ostendebat acceperat: in istis infirmitatibus hoc q̄s acceperat custodiebat. In miraculis monstrabat Helias in infirmitatibus seruabat. Sic Exemplū de paulo. Paulus video fluminū t latronū: ciuitatis t solitudinis/ maris ac terre pericula sustinentē: frenantez ieiunijs ac vigilijs corpus: sustinētem frigoris t nuditatis erūnam: ad ecclesiaz custodiā vigilanter se ac pastoraliter exercentē: ad tertiū celū raptū: rursumq; eū in paradiso raptum: t audisse arcana verba q̄ nō licet homini loq̄: t vñ satbane angelo ad tentandū accedit: orat vt eximi debeat/ t nō exaudit. Cuius cum ipsa initia puerilibus aspicio; perpendo q̄ ei superna pietas celos aperit/ sese; illi Jesus de sublimibus ostendit. Qui lumē corpoporis ad tps p̄didit: lumen cordis in spectrum accepit. Ad ananiam mittit: vas electiōis vocat: t tū de ciuitate eadē qua post visionē Jesu ingressus fuerat/ fugiēs recedit: sicut ipse testat dicens. Damasci p̄positus gentis aretbe regis custo diebat ciuitatem damascenoz vt me cōprehēderet; t p fenestram in sporta dimissus sum p murū: t sic effugi manus ei⁹. Qui licēter dicā O Paule in celo iam Jesum cōspicis: t in terra adhuc hoiem fugis. In paradisum dei duceris: secreta dei verba agnoscis: adhuc a satbane angelo tentaris? Unde sic fortis vt ad ecclesiā rapiaris: vnde sic infirmus vt i terra hoiem fugias: t adhuc a satbane angelo aduersā toleres: nisi quia ipse quite sublenat: rursum te subtilissima mensura moderat: vt i miraculis tuis nobis predices virtutē dei: t rursum in timore tuo reminisci nos facias infirmitatis nostre. Quertū infirmitas ne in desperationē pertrahat nos cū pulsat: dum in infirmitate tua dñm rogares; q̄ audistu nō es: nobis q̄z locutus es q̄d audisti. Sufficit tibi gr̄a mea: nāz virtus in infirmitate perficitur.

¶Capitulum.vj.

Custos virtutis infirmitas.

Perta ergo voce idei ostē ditur: q̄ custos est virtutis infirmitas. Tūc ēpe bene interi⁹ custodimur: cū p dispēsationez dei tolerabiliter tētamur exteri⁹: aliq̄ vltio: aliq̄n p̄suris. Hā etq̄ quoq; ħo viros nouim⁹ fuisse virtutū: tētatiōes atq̄ certamina nō defuere vitioꝝ. Hinc est enī q̄ ad cōsolationē nostrā idem p̄dicator egregius de se quedā talia p̄dere dignatur dicēs. Video aliā legez in mēbris meis repugnātē legi mētis mee: t captiuum me ducentem in lege peti/ q̄ est in mēbris meis. Ad ima quippe prostrabit caro ne

Exemplū. Rom. 7.b.

Sed q̄ cum lux spargit/ mox ab occulto aduersario ꝺ fulgentē mentē tentamēta succrescunt: recte subiungitur. ¶Diuiditur estus super terram. Hostis nam q̄ callidus quos luce iustitie enitescere conspicit: eorum mētes illicitis desideriis inflammare contendit: vt plerumq̄ plus se vrgeri tentatiōibus sentiant/ ꝙ tūc cum lucis interne radios non videbant. Bñ ꝛ israelite post ꝙ vocati sunt: contra Moysen ꝛ aaron decrescente labore conqueruntur dicentes. Videat dñs ꝛ iudicet: q̄m fetere fecistis odorem nostrum coram pharaone ꝛ seruis eius: ꝛ prebuistis ei gladium vt interficeret nos. Volētibus quippe ex egypto discedere: pharao palcas subtrahe rat: ꝛ tamen eiusdem mēsure opa requirebat: quasi ergo ꝺ̄ lege mēs submurmurat: post cuius cognitionem tentationum stimulos acriores portat: ꝛ cum sibi labores crescere conspicit: in eo ꝙ aduersario displicet: quasi fetere se in oculis Pharaonis dolet: post lucem ergo estus sequitur: q̄ post illuminationem diuini muneris tentationis certamen augetur. Recte vere etiā diuisi estus dicitur: q̄ nimirū nō singulis omnibus/sed quibusdaz vicinis ac iuxta positis vitijs fatigant. Prius enim conspersionem vnuscuiusq̄ antiq⁹ aduersari⁹ perspicit/ ꝛ tunc tentationis laqueos apponit. Alius nāq̄ letis/alius tristibus/alius timidis/ alius elatis moribus existit. Quo ergo occult⁹ aduersarius facile capiat: vicinas cōspersionibus decepciōes parat. Quia enī letitie voluptas iuxta est letis moribus luxurias proponit: q̄ tristitia in iram facile labitur/ tristibus poculum discordie porrigit. Quia timidi supplicia formidant: pauentibus terrores intentat. Et q̄ elatos extolli laudibus conspicit: eos ad quecq̄ volueri blādis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitijs conuenientibus insidiatur. Neq̄ enim facile captiuaret: si aut luxuriosis ꝓmia/ aut auaris scorta proponeret: si voraces de abstinentie gloria: aut abstinētes de gule imbecillitate pulsaret: si mites per studiuz certaminis/aut iracundos capere per fauorem formidinis quereret. Quia ergo in tentationis ardore callide singulis insidians vicinos mortis laqueos abscondit: recte dicitur. Diuiditur estus super terram. Bz cum ꝓmittitur: ꝙ quam viam spargitur lux: statiz subiungitur. Diuiditur estus super terram: numiruz per candez viā ꝙ quā lux spargit/ etiā diuidi estus indicat. Hinc ꝙpe alijs incōprehēsibilis spūs sancti gratia cum luce sua nostras mentes irradiat/etiam tentationes

Ioh. 14. 2.

Actuū 8.

Actuū 9.

Zac. 9.

Mat. 13. 4.

Mar. 13. 4.

Ps. 5.

Exo. 5.

Diuidit

Singulis hoīb⁹ vitijs conuenientibus insidiat.

Consolatio.

B aduersarij dispensando modificet vt simul multe nō veniāt: vt ipse tantūmodo ferri possint/illustrati ab deo atq; tangāt: r cū tactus sui ardore nos cruciāt/pfectionis incendio nō exurāt. Paulo ante testā te qui ait. Fideles ait deus q̄ non patietur vos terari supra id q̄d potestis/s; faciet cū tēratione etiā ertum vt possitis sustinere. Hūc ergo estū aliter diuidit callid⁹ suppriator: aliter misericors cōditor Ille diuidit: vt p̄ filium citi⁹ interimat/iste vt cū tolerabilez reddat. Et q̄ cū tēptatione fatigamur non solum interno dei spiritu instruimur/sed etiam exterioribus predicantium verbis adiuuamur: recte post diuisum estum subditur.

¶Capitulum.xv.

QUis dedit vehemētissimo imbri cursum? Si ñ vt supius diximus diuisi estus noie illa t iudee regiōib⁹ pse cutiodesignat: quia ipsa pfecutiōis asperitas p̄dicatores sctōs supno munere adiutos/ a p̄dicatiōis sue ministerio nullo timore cōpescuit: apte subiungit. Quis dedit vehemētissimo imbri cursum? Acti diceret/nisi ego. Diuiso eſſ estu: cursum vehemētissimo imbri dedisse: est inter ipsas pfecutionis angustias p̄dicatiōis impetū roborasse: vt tāto magis virtus p̄dicantiū cresceret/q̄to magis p̄sequētiū crudelitas obuiaret: qua tenus arētia corda audiētiū pluuie guttis infunderēt / t siccitatē pfidie vberi⁹ irrigarēt: vt q̄uis p̄tra eos sceuitie estus candesceret / per eos tū vor gratie nō taceret. Hūc persecutiōis estū Paulus t tolerabat t irrigabat cū diceret. Laboro vsq; ad vincula quasi male operās sed verbū dei nō est alligatum. De hoc imbre ake 8z. Mandabo nubibus ne pluāt sup eū imbrē. De hoc cursu imbris q̄ in electoz cordib⁹ agit: psalmista testat dicēs. Veloci ter currit sermo ei⁹. Plerūq; vero imber est t cursum nō habet: q̄ p̄dicatio ad aures venit: s; cessante interna gratia ad corda audientiū nō pertrāsit. De cuius p̄dicatiōis ꝑbis ꝑpter electos 8z. Eteſſi sagitte quippe dei pertrāsēunt/q̄ñ ꝑba p̄dicationis eius ab auribus ad corda descēdunt. Oō q̄ solo diuino mūere agitur: imbri cursum dñs se dedisse testat. Sed notandū video q̄ eundē imbrē nō vehementē/sed vehementissimū vocat. Imber vehemēs est vis magna. Imber vero vehementissimus vis immensa p̄dicatiōis. Vehemēs nāq; imber erat cū p̄dicatores sancti credi gaudia eterna suadebāt. Imber aūt vehemētissimus q̄ñ ꝑpter spem admonebant rem deseri: q̄cta visibilia ꝑpter invisibilia cōtemni: r ꝑpter anditas gaudia p̄sentes penas cruciatus; tolerari. Ex cū fide cognita sentēte estu pſecutiōis tot electi possessa retinēt: carnales affectus oblitt sunt: r pre gaudio spiritus in cruciatib⁹ mēbra posuerūt: q̄d aliud dñs fecit: nisi etiā vehementissimo imbri cursuz ꝑbuit: qui vsq; ad exequenda summa precepta per ꝑba corporis invisibilia cordis irrigauit. Ubi r apte subiungitur.

¶Capitulum.xvj.

TUa sonātis tonitrui. Quid eſſ p tonitruum nisi p̄dicatio superni terroris accipit? Quē terroꝛē dum pcipiūt humana cor da quatiunt. Aliqñ ꝑo in tonitruo ipse incarnat⁹ dñs figurat: q̄ ex antiquoꝝ patrū memōie ꝑphetis ad notitiā nostrā ds ex nubiū querelo ne plat⁹ est. Qui inter nos visibiliter apparēs: ea q̄ sup nos erāt terribiliter sonuit. Un r ipsi sancti apli de ei⁹ gra generati/boanerges. i. filij tonitrui sunt vocati. Aliqñ aūt sicut dictū est: tonitruus ipsa eius p̄dicatio accipit: p quā sup nos iusdictiōz terroz audit. Sed q̄libet predicatoz ꝑba dare auribus pōt: corda ño aperire nō pōt: r nisi per internā gram solus ops deus p̄dicantiū verbis ad corda audientiū inuisibiliter aditū ꝑstet: incassuz p̄dicatio aure audiētis pcipit/q̄ peruenire ad intima cordis surdo phibet? Sed dñs via sonātis tonitrui dare asserit: qui cū p̄dicatiōis verba tribuit/p terroꝛē corda cōpungit. Hac via Paulus p̄dicator egregi⁹ dñi supna mysteria terribiliter insonaret: se a se habere nō posse conspicēs/discipulos admonebat dicens. Oramtes simul r p nobis vt deus aperiat nobis ostiū verbi/ad loquendū mysteriū xpi. Qui ergo loquebaē mysteria: sed in corde audientiū eisdē mysteriis a dño aperire ostiū precabat: habebat q̄dē az tonitruū/sz dari ei desup viam gressibat. Hanc via nequaq; se Joannes dare posse cognouerat/q̄ dicebat. Nō necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed vnctio eius docet vos de omnibus. Hanc viam rursum Paulus intimabat dicens. Neq; qui plantat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementū dat deus. Accepta igitur via quid iste imber ac tonitruus agat audiam⁹. Sequitur. ¶Ut pluueret super terram absq; homine in deserto: vbi nullus mortalium commoratur. Super terram absq; homine in deserto pluere est verbum dei gentilitati predicare. Que dum nullum cultum diuinitatis tenuit: nullā in se speciem boni operis ostendit: vez desertum fuit/in qua quia legislatoz non fuit. Et quia q̄ rationabiliter deum quereret nō fuit: quasi hominum nullus fuit: r vellut solus desertus occupata/vacua a mortalibus erīt. De hac deserta terra alias dicitur. Posuit in deserto viam. De hac predicatione gentilitati concessa psalmista testatur dicens. Posuit flumina in deserto.

¶Capitulū.xvij.

NOtandum ño est: q̄ post estū sup terrā diuisus est / cursum vehemētissim⁹ imber accepit / vt t deserto plueret: q̄ postq̄ t iudea asperitas pſecutiōis t horrōr vt nō solū fidē minime reciperet: sz etiā eā gladijs impugnaret: ad israel missus quisq; p̄dicator ad vocandas gentes destruit. Unde sancti apli hebreis persequentib⁹ ꝑa deserūt dicunt. Vobis oportebat primū loq̄ ꝑbū dei: sed q̄ repellitis illud / et indignos vos iudicatis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes. Diuiso igit estu: deserta t absq; hoīe terra cōplur: q̄ dispersa in iudee regiōib⁹ pſecutiōe fidelitū / derelicta dudū t q̄si ab infasto rōnis auctōe p̄dicatiōis guttis gētilitas irroratur. Que gētilitas q̄lis adhuc a p̄dicatoribus sit inuēta ostendit cum subditur. ¶Ut impleret inuiaz t desolataz. Quid ño cōpleta reddidit/mōstrat cum illico adiungitur. ¶Et produceret herbas virentes. Inuia nāq; dudū gentilitas fuit: ad quā via dei ꝑbo non patuit. Redēptore appe nostro veniente: sic accepit vocationē gratie vt nō in ea prius fuerit via ꝑphetie. Desolata etiā recte vocata est: vel rōne vez consilij / vel fructu boni operis destituta. Dedit ergo dñs vehemētissimo imbri cursuz: t viā sonātis tonitrui: vt in deserto pluueret / t implereret inuiā t desolatam t produceret herbas virentes. i. exteriori p̄dicationi interna aspiratione contulit: vt corda gentiliū arentia virescerēt/clausa patescerent/inania complerentur / infecunda germinarent.

¶Capitulum.xviij.

SI scriptura eſſ sacra aliqñ ꝑba viroꝝ glorie tpalis accipit: aliqñ refectio diaboli/ aliqñ sustētatio p̄dicatoꝝ/aliqñ bōa opatio

aliqñ eterne vite scientia atq; doctrina. Vitor namq; gloria tpalis
p.89.b accipitur: sicut ꝓpheta ait. Mane sicut herba transeat: mane floreat
& pretranseat. Mane nāq; sicut herba floret atq; transire est in ꝑspe-
ritate hui⁹ seculi tpalis glorie de-
cus velociter arescere. Herba refe-
ctio diaboli accipit: sicut de illo a
Job. dño dr. Huic montes herbas ferūt
40.b. Acsi diceret. Superbi ac tumidi
dum scilicitis cogitationibus at
q; actionibus efferūt: suis illis inl
Psal. quitatibus pascunt. Herba susten-
146.b. tatio predicantium demōstratur/
dum dr. Producit in montibus fe-
num & herbam/seruituti hoim. In
montib⁹ quippe fenus & seruituti
hoim herba ꝓducitur/cum sublimes
huius seculi ad fidei cognitionem vocati/ sanctis ꝓdicatori-
bus in huius vite itinere transito
ria alimēta largiunt. Herba bona
operatio ponitur: sicut scriptū est.
Germinet terra herbā virentem.
Ge.1.b Quod licet in conditione mūdi ita
historice factum tenemus: terrā
tñ ecclesiam figurasse non incōue
nienter accipimus: que in eo ger-
minauit herbā virentē/ in quo ad
verbum dei fecunda misericordie
opera pruiit. Herbam aliqñ scien
tiam atq; doctrinā eterne viridita
tis accipimus: sicut per Hieremiā
B Hiere. dr. Onagri steterūt in rupibus: tra
14.a. xerunt vētos quasi dracones: defe
cerunt oculi eor: q; non erat her
ba. Quo dicto super ba ac nequissi
ma iudeoꝝ est pcussio ꝓphetata.
Jpsi quippe onagri pro mētis cla-
tione: ipsi dracones pro virulēta co
gitatiōe vocati sunt. Qui steterūt
in rupib⁹: quia non in deo/ sed in
summis potestatib⁹ huius mundi
Jo.19 cōfisi sunt dicentes. Regē nō ha-
c. bemus nisi Cesarem. Traxerūt vē
tos quasi dracones: q; spū elatiōis
inflati/ superbia malitiosa tumue
rūt. Defecerūt oculi eor: q; scilicet
pes eor ab eo quo intendebat cor-
riuit. Qui tpalia diligens: prestola-
ri eterna neglexit: & terrena ideo
q; deo prepositi amisit. Dicerunt
enim. Si dimittim⁹ eū sic oēs cre- Jo.11.d
dent in eū: & venient romani & tol
lent nostrum locū & gentē. Timue
rūt ne locum nō occiso dño perde-
rent/ & tamen occiso perdiderunt.
Sz cur ista miseris euenerint sub-
dit. Qr nō erat verba: id est q; cor
dib⁹ defuit eternitatis scientia
& nullo eos refecit pabulo viridita
tis interne doctrine. Procigit lo-
co quid aliud virentes herbas/ ni
si sancte doctrine sciam/ vel cor-
gruas opationes accipimus? Defer
ta igitur terra compluit/ vt ab ea
virentes herbe producant: q; dum
scē ꝓdicationis imbrez gentilitas
Ysaie. 55.c. pceꝑit: & vite opera & doctrine ver-
ba germinauit. Ista viriditas vo-
ce ꝓphetica deserte terre pollicet/
cum dr. In cubilib⁹ in quib⁹ pri⁹
dracones habitabant/ orietur viror
calami & iunci. Quid em̄ per cala- Calamus
mum nisi predicatores? Quid per iuncus
iūcum q; iuxta aque humorē semp
nascit: nisi pusilli ac teneri audito
res sacri eloquii designant? In dra
conū ergo cubilibus viror calami
& iunci oritur: quia in eis populis
quos antiq; hostis malitia possi-
bat: & doctor scientia: & auditorum
obedientia coaceruatur. ¶ La. xix.

Et tamen que gene-
raliter de gentilitate
dicta sunt: si solerter
inspicimus/ intra il-
lum scē ecclesie agi
in singulis videmus.
Munt em̄ plerūq; ad verba dei val
de insensibiles: fidei quidem nole
censentur: verba vite auribus au-
diunt: sed ea transire vsq; ad inter
na cordis minime permittūt. Vi
quid aliud q; deserta terra sunt?
Que. s. terra bonem nō habet: q; eo
rum mens sensu rationis caret.
Et nullus mortalium in hac terra
commoratur: quia etsi quando in
eorum conscientia rationabilium
sensuum cogitationes veniūt/ nō
persistunt. Prava enim desideria
in eorum cordibus sedem inue-

niunt: recta vero si quando vene-
rint/ acsi impellantur decurrunt.
Sed cum misericors deus imbri
suo cursum & sonanti tonitruo vi-
bare dignatur: compuncti per in-
ternam gratiam verbis vite aures
cordis aperiunt. Et impletur ter-
ra iniq; quia dum prebet auditū
verbo/ cumulat mysterio. Et pdu
cit herbas virētes: q; p gram com
punctiōis infusa pdicatiōi verba
nō solū libēter recipit/ sz etiā vber
tim reddit: vt qs audire nō pete-
rat/ iam loqui cōcupiscat: & qui nō
audiendo etiam intrinsecus arue
rat/ iā loquendo que sancta sunt
viriditate sua quosliber esurientes
pascat. Unde bene per ꝓphetā dr.
Emitte spūm tuum & creabuntur: &
renouabis faciē terre. Sic em̄ sic
facies terre virtute renouationis
immutat/ dū sicca dudū mēs gra-
tia veniente cōpluit: & post aridita
tē pristinā ād pductis herbis scie
tie viriditate vestit. Que pditoris
nisi gra adhuc nobis alti⁹ commē-
datur/ cū sudit. ¶ Capitulum. xx.

Vis est pluuie pa-
ter: vel quis genuit
stillas rozis? Acsi di
ceret/ nisi ego. Qui sic
eam terram humani
cordis guttis sciētie
gratuito aspergo. De hac em̄ plu-
uia aks dr. Pluuiam voluntariam
segregabis deus hereditati tue.
Voluntarie quippe pluuiam here
ditati sue dñs segregat: quia non
ei nobis pro nostris meritis/ sz p
suc munere benignitatis prestat.
Ediscirco hoc loco pater pluuie di
citur: quia superna nobis predica
tio nō de nō merito/ sz de ei⁹ gra
generatur. Stille enim rozis ipsi
sancti predicatores sunt: qui arma
pectoris nostri inter mala vite pre
sentis quasi iter tenebras ficce no
etis arentia/ gratia superne largi
tatis infundunt. De his stillis con
tumaci iudee dicitur. Propterea
prohibite sunt stille pluuiarum: et
serotinus imber non fuit. Ipse ap
pe stille rozis sunt: que stille plu
uiarum. Quando em̄ dispensatio
ne alīqua predicationē temperāt:
quasi rozem tenerum aspergunt.
Quando vero ea que de supernis
sentiunt: virtute qua preualent lo
quuntur/ quasi vbertim manantē
pluuiam fundūt. Rozē aspergebat 1.Cor.
Paulus cū corinthijs diceret. Nō 2.a.
enim iudicaui scire me aliquid in
ter vos/ nisi ihesum & hūc
crucifixum. Et rursum pluuiam 2.Cor.
manabat dicens. Os nostrum pa- 6.c.
ret ad vos o corinthī: cor nostrum
dilatatum est. Hinc est q; Moyses
qui & valida fortib⁹: & tenera in fir
mis dicturum se vouerat dicebat. Deut.
Expectetur sicut pluuia eloquiuz 32.a.
meum: & descendent sicut ros ver-
ba mea. Sed ecce audiuimus quo
munere gentilitas vocatur: audia
mus nunc qua districtione iudea
repellitur. Audiamus qñ deserta
excolat/ arentia infundat: audia-
mus nunc qñ ea que quasi viden
tur interna ꝑficiat. Neq; enim sic
colligit electos suos/ vt non etiaz
iudicet reprobos: neq; sic quibus-
dam culpas relaxat/ vt non & in Eccli.
quibusdam feriat. Scriptum q̄p- 5.b.
pe est. Misericordia enim & ira ab
illo. Unde hic quoq; postq̄ tot dō-
na gratie intulit: etiam ire sue iu-
dicia non abscondit. Hīc sequitur.

¶ Capitulum. xxj.

Ex cui⁹ vtero egres
sa est glacies: & ge
lu de celo quis ge
nuit? Quid em̄ aliud
in gelu vel glacie: ni
si frigida & perfidie
torpore ꝓstricta ac
cipimus corda iudeorum: qui quō
dam per acceptionem legis/ per
custodiam mandatorum/ per mi-
nisteria sacrificij/ per mysterium
ꝓphetie: sic intra sinum gratie/
quasi intra vterum creatoris ba-
bebantur? Sed quia veniente do-
mino constricti frigore pfidie: fer-
uozem fidei et charitatis amise-
runt: a secreto gratie sinu prote-

cti quasi glacie de vtero creatoris egressi sunt. ¶Et gelu de celo ꝙs genuit? Quid hic aliud celū/nisi sublimis debet intelligi vita sanctorum: cui celo dr. Attende celū & loquar. Nō enim insensibili/sz rōnabili creature loquebat. De hoc celo dns ait. Celum mihi sedes ē. De ꝙ sede aīe scriptū est. Anima iusti sedes sapīe est. Quia ergo sapiē tia est deus: si sedes dei celuz est: & anima iusti sedes est sapie: celum est vtiq; ala iusti. Celū fuit abrahā/ celum ysaac/celū iacob. Ez qz psecutores dñi pontifices iudeoz per fidie torpore frigidi: de illoz patrū pgenie ꝓcesserunt/ quasi de celo gelu exīt: qz de sublimi prole sanctoz ꝓcessit frigida plebs infidelitū Cum essi de abraam natus est caiphas: quid aliud nisi gelu de celo ꝓcessit? Oō tñ gelu idcirco dns genuisse se dicit: quia iudeos quos naturaliter ipse bonos condidit/ iusto iudicio per eoz malitiā frigidos a se exire permisit. Dns essi auctor est nature/non culpe. Genuit ergo creādo naturaliter: quos iniquos ꝑmisit viuere tolerando patienter. Et quia illa quondā tenera ac fidei penetrabilis corda iudeoz/in perfidie postmodum obstinatione durata sunt: recte subiungitur. ¶In similitudinē lapidis aque durantur. Aquas essi populos: accipi iā sepius edocuisse memimi. Lapides vero pro ipsa duritia aliqñ gētiles populi designātur. Ipsi quippe lapides coluerūt. Et de his per prophetā dictum est Similes illis fiant qui faciūt ea: & omnes qui confidunt in eis. Vñ Johannes iudeos: aspiciens se de stēmate generationis extollere: et gentiles fruidens ad abrae plez fidei cognitione transire ait. Ne velitis dicere intra vos: patrem habemus abraam. Dico essi vobis: quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrae: lapides vtiq; duros perfidia gentiles vocans.

Celuz.

Deute. 32.a. Esaie. 66.a.

Mar. 3.b.

Quia ergo primum iudea deo credidit: gentilitate omi ꝑfidie sue obstinatione remanēte: postmodū vero ad fidem gentiliū corda mollita sunt / & iudeorum infidelitas obdurata: bene dictuz est. In similitudinem lapidis aque durantur Acsi diceret. Illa mollia ac penetrabilia fidei corda iudeorū: in insensibilitatem' verterunt gentiuz Cū essi misericors deus gētes trasgit: iratus iudeā repulit. Et tuncq; est vt sicut dudum ad percipiendā fidē gētilitas fuerat obdurata: ita postmodum ad fidē gētilitate susceptā iudee ppls perfidie torpore dureseceret. Unde paulus apls eisdem gentibus dicit. Sicut aliquando vos nō credidistis deo: nūc aūt misericordiā cōsecuti estis ꝓpter illoz incredulitatē: ita & isti nō crediderunt in vrā misericordia: vt & ipsi misericordiā ꝓsequant. Cōcludit enim deus omnia in incredulitate vt oīum misereat: quā suam suā primū quidē de vocatione iudeoz & repulsione gentiū: postmodū vero de vocatione gentiū & repulsione iudeoz subtiliter pēsans secq; occulta dei iudicia comprehēdere non posse/ exclamando subiūgit. O altitudo diuitiarū sapientie & scie dei: q̄ incōprehēsibilia sunt iudicia ei⁹: & inuestigabiles vie ei⁹ Uñ dic quoq; cū de iudeoz ꝑfidia dns diceret. In similitudine lapidis aq̄ durant: vt de repulsione eorum occulta esse sua iudicia demōstraret: apte subdit. ¶Capitu. xxiij.

E

Ro. 11. b.

Ibidē

β. 35. d

Tsupficies abyssi constringitur. Qz supercecto quodam ignorantie nostre velamine incōprehēsibilitatem diuini iudicij būane mentis oculus nullatenus penetrat. Scripturz quippe est. Iudicia tua abyssus multa. Nemo ergo perscrutari appetat: cur cum alius repellitur: aut? eligatur: vel cur aut? eligitur: alius repellatur: quia supficies abyssi cōstringit. Et ante stante

stante Paulo: Inscrutabilia sunt iudicia eius/et inuestigabiles vie eius. Per hoc vero quod dictum est. De cuius vtero egressa est glacies: & gelu de celo quis genuit? ēt subā in gelu & glacie nil obstare intelligi. Ipse ꝙppe ās de dei vtero glacies ꝓcessit: qz a calore secretoz eius malitie torpore frigid⁹ magf iniq̄tatis exiuit. Ipse gelu de celo est genitus: qz ꝓstrictur⁹ corda reprobox a summis cadere ē ad ima ꝓmissus. Qui dñs in celestib⁹ cōditus: in culpe frigore mētes sequaces ās gelu dñi cecidit astrinxit. Qui ad terrā venies: ād in boibus egerit expletur: cū subdit. ¶In lapidis similitudinē aque durantur. Per aquas namq; populi: per lapidem ꝙo eiusdē subane duritia designatur. Illo igitur ad ima veniente in similitudinē lapidis aq̄ durate sunt: qz ei⁹ malitiā imitati boles/mollis viscera charitatis amisērūt. Cui⁹ fraudulēta cōsilia qz a seductis boibus deꝑhendi nō pūt: recte subiūgit. Et supficies abyssi ꝓstringit. Aliud ꝙppe eius intrinsecus latet: atq; aliud extrinsecus ostēdit. Trāsfigurat essi se velut angelum lucis: & callida deceptionis arte plerūq; ꝓponit laudabilia: vt ad illicita ꝓtrahat. Abyssi ergo supficies ꝓstringit: qz dū ās bona psuasiōis ei⁹ spes velut solida desuper glacies ostēditur/in ꝓfundo latens eius malitia non videt. ¶Unde tñ hec intelligere & aliter possumus si mozalr exquiram⁹. ¶L. xxiij.

Matt 7.c.

h

Ibidē.

Entes namq; dominum omps deum in suo timore formar/quasi concipit: easq; ad aptas virtutes dñi ꝓducit gignit: sed fide accepti⁹ virtutib⁹ extollunt relinquit. Et sepe quosdam cognouimus malorum suorum consideratione cōpūgi: diuini terroris pauore ferueſcere: & per pauoris exordia vsq; ad virtutum summa peruenire: ꝛ dum de eisdem virtutibus quas accipiunt extolluntur/ inanis glorie laqueo astricti ad antiquū torporem redeunt. Recte ergo cum tales dominus ꝓiecit dicit. De cuius vtero egressa est glacies. Quasi enim de dei vtero glacies egredit: quando hi qui iam intus incalebrāt/ex virtutum dono frigescunt: & inde exteriorem gloriam torpentes appetunt/ vnde ad interna diligenda ardentius flagrare debuerunt: dumq; iste signis/ille scientia/iste prophetia/ille magnis operibus polleat: atq; per hec dona placere dominibus appetit: omne qō prius intimum caluit/exteriorem laudē diligēs & torpore ꝓtrit. Quasi ergo glacies dei de vtero egredit/ dum post donox beneficia a visceribus pietatis superne separatur. An non sunt glacies qui in virtutibus quas accipiunt laudes ab hominibus querunt: & tamen veniente iudice dona sua ad ei⁹ memoriam reuocantes dicunt. Domine domine: nonne in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo demonia eiecim⁹? & in nomie tuo virtutes multas fecimus? Ez quo modo hanc glaciem dns ꝓiiciat ostendit dicens. Nescio vos vñ estis discedite a me oēs operarij iniquitatis. Hanc glaciē nūc in vtero dominus portat: quia intra sinum ecclesie tolerat. Sed tunc aperte eiēcit/ cū tales a secretis celestibus ꝓ extremū & publicū iudiciū repellit. Ipis itaq; verbis q̄d apte agit/ nisi vt beatus iob de summis suis fructib⁹ humiliet: ne in hoc ꝙ bene viuendo caluerat / supbiendo frigescat: & a diuinitatis vtero repulsus exeat: si intra sinum sui coris se tumidus extollat.

¶Capitulum. xxiiij.

T qz iusto iudicio supbas mētes ad culpā egredi ex accepta virtute ꝑmittit: recte ad huc subiungit. ¶Et gelu de celo ꝙs ge-

nuit: plerūq; eſſi ſacri eloqui ſcie
tiā pſtat: ſz dñi de eadē ſcia io q̄ acci
pit extollit/ira districti iudicis in
ipſo ſacro eloquio cecat: vt exterio
res fauores p illā ſequēs / ei⁹ iam
interna nō videat: qui intus ma
nens calere poterat: ercūdo frige
ſcat: duratuſq; in ima corruat/qui
de cognitiōe dei pri⁹ tractabilis in
ſummis liquidus ſtabat. An ſacrū
eloquiū celū nō eſt/q̄s diem nobis
intelligētie aperiēs ſole nos inſti
tie illustrat: q̄s duz nos vite pſtis
nor cōtinet/ſtellis nobis mādator
fulget. Sed q̄ oportet eſſe hereſes
vt p̄bati manifeſti fiant: cū ab in
tellectu ſano mens ſupba repellit
vitione diſtricti iudicis gelu de ce
lo generatur: vt cuz ipſa ſcriptura
ſacra i electorū cordib⁹ caleat/eos
q̄ ſe ſupbe ſcire appetūt/a ſe frigi
dos emittat. Vbi q̄ppe z errāt/vbi
corrigere errata debuerāt: z dum a
ſupna intelligentia reſplēdentis
eloquij z obdurati ipſi z ſeducturi
ceteros corruūt / ad ima veniētes
vt gelu z alios aſtringunt. Semet
ipſum nō dñs hoc gelu gignere p
bibet: nō quo prauoz mentes ipſe
ad culpā formet/ſz quo a culpa nō
liberet: ſicut ſcriptū eſt. Ego obdu
rabo cor pharaonis. Dō q̄ miſeri
corditer emollire noluit/pfecto di
ſtricte ſe obdurare nunciauit. Qz
vero cū ſcbdata diuini timoris vir
tus amittit/ppter humanas lau
des ꝑfectis imago retinetur: recte
ſubiungitur. ¶ In ſimilitudine z
lapidis aque durātur: z ſuperfi
cies abyſſi conſtringitur. Aque
eſſi per glaciem in ſuperficie dure
ſcunt/ſed fluide in intimis rema
nent. Et q̄d per aquas niſi fluxa ac
cipimus cordа reprobor? Qui cuz
ex ꝑpoſito virtutē deſerūt / fortes
ſe in bonis p hypocriſim oſtendūt
dūq; i intimis ſuis ad vitia ꝑfluūt
z fortis ſe ſanctor ac fortiū imita
tores fingunt: aque in ſimilitudi
nem lapidis durantur / z ſuperfi
cies abyſſi conſtringitur: q̄z p ſup
ductam ſanctitatis ſpeciē fluxa ac
inſtabilis eorum conſcientia bo
minibus tegitur. Nā cum ſibimet
ipſis intꝰ inſecus turpes ſint/ante
alienos tamen oculos quadam vi
uendi venuſtate veſtiunt. Sed ne
quis hec ꝑba dñi in bonā intelligi
partem velit/ debemus ſcientiam
ſic querentibus aſtruere: dūmodo
minime iudicemur que ꝑcurian
da fuerant neglexiſſe. Superiori
eſſi ꝑſuōz. Quis eſt pluuie pater: vt
quis genuit ſtellas roris? ſtatimq;
additur. De cuius vtero egreſſa eſt
glacies: z gelu de celo q̄s genuit?
Si ergo dictis ꝓcedentib⁹ ſequēs
ſententia nō diſpari ſenſu coniun
gitur/pfecto z i bona parte nobis
eius intelligētia ſine obſtaculo dif
ficultatis aperitur.

¶ Capitulum.xxv.

Erra eſſi cū cōpluit
iactata i eā ſemina
fortius tiganē. Sed
rurſuz ſi illā pluuia
immoderatius irri
gat: in culmi pigue
dinē frumenti ꝓtu
lit mutat. Sin vero iactatū ſemē
poſt pluuiā gelu ꝓmit/quo fortis ci
tius apparere repellit: eo intꝰ feci
dius radicat: z quo vetat ꝓgredi:
ri⁹ ſpleſ. Quid eſt ergo q̄ dñs pri⁹
q̄dē patrē ſe pluuie inſinuat: poſt
modū vero de ſuo egredi vtero gla
ciē narrat: ſeq; gelu gignere de ce
lo ꝓnūciat: niſi q̄ miro modo nſt
pectoris terrā ad ſuſcipiēda ꝑbi ſe
mina: z prius p occulte gre pluuiā
infundit: z poſtmodū ne in conce
ptis virtutibus immoderatius ꝑ
fluat diſciplina intime diſpen
tionis premit: vt quaſ accepte gra
tie pluuia irrigat: etiā diſcipline ri
gor aſtringat: ne ſi aut anteq̄ debz
aut pluſq̄ neceſſe eſt conceptas vir
tutes ꝑferat: fruges in herbā ver
tat. Plerūq; eſſi ab inchoantibus
opus bonum dum pluſq̄ oportet
oſtēditur: a grano ꝑfectionis in a

nitur: z plerūq; virtutes dū pluſq̄
neceſſe eſt eruberāt/exbalāt. Vñ
z electoz ſuoz dñs vel ante tēpus
deſideria renuit/ vel rurſum in tē
pore vltra mēſurā ꝑfectus premit
ne ſi aut anteq̄ debent/aut pluſq̄
debent ꝑficiāt/ p ꝑfectus ſui ma
gnitudinē in elatiōis defectū ca
dant. Nā cū cor poſt peccata cōpūi
gitur/terra q̄ aruerat infuſiōe plu
uie rigatur: z cū relictis iniquita
tibus bona exequi opera ꝓponit/
quaſi poſt infuſionē ſemen accipit
Et plerūq; cū deſideria ſancta cōci
piunt in ſummis iam exerceri vir
tutib⁹ inardeſcit: vt nō ſolū cul
pa operationē nō inquinet: ſz nec
cogitationē pulſet: z adhuc quidez
in corpe poſiti ſunt/ſed nil tam p
peti de cōmunione ꝑſentis vite vo
lunt: imitari p intentionez inter
nā mētis ſtabilitatē appetūt: ſz in
teruenientib⁹ tentationib⁹ reuer
berantur: vt vez duz infirmitatis
ſue meminerint/ z elati de virtuti
bus quas acciptunt nō ſint. Quod
dum intra diſcipline repreſſiōe agi
tur: quid aliud q̄ ſuperinfuſaz ter
raz gelu de celo generatur? Quid
aliud q̄ de dei vtero glacies pduc
tur: q̄s de interno ſecreto diſpen
ſatio egreditur: z voluntates noſtre
etiā in bonis deſiderijs frenantur.
Videam⁹ Paulus infuſa vez ter
re: quā ta diſcipline glacie premat
dum ait. Velle adiacet mihi: ꝑfice
re autem bonū non inuenio. Qui
eſſi velle habere ſe aſſerit: iam per
infuſionē gratie que in ſe lateant
ſemina oſtendit. Sed dū perficere
bonū nō inuenit: profecto indicat
quāta illū diſpēſatiōis ſupne gla
cies ꝓmat. An iſta glacies eoꝝ cor
da non ꝑſſerat quibus dicebat:
vt non quecunq; vultis illa facia
tis. Aſſi aperte diceret. Occulta
cordis veſtri ſemina iam prodire
in fruges querunt: ſed ſupernimo
deramintis gelu premuntur: vt tā
to poſt fecundius exeant: quanto
diuini iudicij ꝓmentia pondera
patientius portant.

¶ Capitulum.xxvj.

Et quia plerūq; hu
mana corda quoniā
erumpere ad virtu
tes quas appetunt
non valent: eo ipſo
quo ab intentionis
ſue perfectione reſi
liunt/tentationū ſtimulis fatigan
tur: ſed tamen eaſdez tentationes
cogitationū comprimunt: ſeq; per
exercitationis vſum in quodā vi
uendi rigore componūt: bene ſub
dit. In ſimilitudinē lapidis aque
durantur. Qz etſi fluxe cogitatiōes
intrius laceſſunt: n equaq; tamē
vſq; ad conſenſuz praui operis tra
hunt. Sed mens ſubānolita bene
viuendi conſuetudine quaſi ſub
quadam duricia exterius abſcon
dit/ quicquid intus ex intētionis
pulſatione molleſcit. Unde z bene
ſubiungitur. Et ſuperficies abyſſi
conſtringitur. Quia prāua cogita
tio etſi vſq; ad ſuggeſtionem venit
vſq; ad conſenſum non ꝑfilit: quia
fluctuantes motus animi ſupdun
ct⁹ rigor ſancte deliberatiōis pre
mit. Poteſt etiam in gelu vel gla
cie preſentis vite aduerſitas deſig
nari: que dum ſub aſperitate ſua
ſanctos cōprimit: valentiores red
dit. Dum enim nos omnipotens
deus moleſtijs exerceri permittit:
atq; ad melioris vite ſtatum inter
ueniente triſtitia ꝓuehit: miro cō
filio ſup futurā frugē gelu z glacie
gignit: vt electi⁹ quiſq; in hac vita
tanq̄ in byeme aduerſa ventorum
z frigorum toleret: z velut in eſtiua
ſerenitate poſtmodū fruct⁹ quos
hic conceperit demonſtret. Unde z
ſpōſi voce vnicuiq; anime poſt hu
ius mundi turbines: ad illa eterni
tatis amena ꝓperanti dr. Surge Can.
propera amica mea: formoſa mea z 2.c
veni: iaz eſſi byemis tranſiit: imber
abiit z receſſit. Et q̄z ſi ſola nobis
aſſunt proſpera ſoluimur: ad virtu
tem vero melius per aduerſa ſoli
damur: recte ſubiungitur.

¶ Capitulum.xxvij.

A ſimilitudinez lapidis aque duranTur. Mentes eſt que p ſperа molliter fluxerũt/ꝓstricte aduersitatib⁹ durescunt: z ad ſimilitudinẽ lapidis aqua pduCitur / qñ infirmus quiſq; p acceptã deſup tolerãtiã passiões ſui redemptoris imitat. In ſimilitudinẽ q̃ppe lapidis aqua duruerat/cum ille prius impatiẽs ꝓsecutor postmodũ Paulus dicebat. Impleo ea que desunt passionũ xp̃i in carne mea. Et qz cũ deprimunt aduersa ſolertius ſe intra bona custodiunt recte additur. Et ſuperficies abyſſi constringit. Volet eñ letitia arcana mentis aperire/atq; aperiendo amittere: aduersa vero cũ nos exterius deprimunt/interius cautiores reddunt. Post gelu itaq; vel glaciẽ ſupficies abyſſi cõstringit: qz mens noſtra ad ꝓsentãda ꝑfunda dona que acceperit/ipſis aduersitatib⁹ munit. Abyſſi eñ ſui ſupficiem Eſaias constrinxerat/cũ dicebat. Secretũ meũ mihi/ſecretum meũ mihi. Abyſſi ſui ſupficiẽ Paulus cõstrinxerat: q tot periculis ac aduersitatibus inſudãs/ſub ꝓtextu cuiuſdã de ſemetipſo loquitur dicens. Audiuit arcana verba/q̃ nõ lz domini loqui. Et rurſuz. Parco autẽ/ne quis me exiſtimet ſupra id qõ videt in me: aut audit aliquid ex me. Qui igit fortis aduersa tolerans / ne fortaſſe in laudibus defluerет/arcana ſua apire metuebat: q̃d aliud q̃ ſecretoz ſuoz abyſſum p cõstrictam ſuperficiẽ preſſerat? Sequitur. ℊ Munquid coniungere valebis micantes ſtellas plyades/aut gyrum arcturi poteris diſſipare? Plyades ſtelle apte a pliſtu. i. a pluralitate vocate ſunt. Ita autẽ vicine ſibi et diuiſe ſunt cõdite: vt ſimul ſint/z tamẽ ꝓiungi nequaq̃ poſſint: quatin⁹ vicinitate quasi cõiũcte ſint/ſed tactu diſiuncte. Arcturus ꝓ ita nocturna tpa illustrat: vt celare poſitus p diuerſa ſe ꝓtat / nec tamẽ occidat. Neq; eñ extra ſe curens voluit/ſed i loco ſitus/in cunctis mundi partib⁹ nequaq̃ caſurus inclinatur. Quid ergo eſt q̃ homo ex terra fact⁹/atq; in terra poſitus de celeſti adminiſtratione diſcutit: qz plyades cõiungere nõvalet: quas vicinas ſibi metipſis cõditas z pene ꝓiũctas videt: qz arcturi gyũ diſſipare nõ põt: quẽ tamẽ cernere ipa ſua vertigine pene diſſipatũ põt. An vt in iſtis miniſterijs auctoris potẽtiã pẽſans infirmitatis ſue meminerit: z eũ quẽ adhuc in maieſtate ſua videre nõ poterat/q̃ ſit inestimabilis in ipſa miniſterioz celeſtiũ gubernatione perpendat. Sed cur iſta loquimur qui ſtimulo rõnis vigemur: vt hec verba myſticis ſenſibus grauida cognoscamus?

℔ Capitulum. xxviij.



Quid enim micates plyades q̃ z ſeptem ſunt/aliud q̃ ſctos doctores denũciant: qui inter preſentis vite tenebras ſeptiformis ſpiritus gre nos lumine illustrant: q̃ ab ipa mũdi origine vſq; ad eius terminũ diuerſis tẽporibus ad ꝓbendũ miſſi/iuncta aliquid ſibi cõiuncti ſunt/z iuncta aliquid diſiũcti. Stelle eñ plyades (ſicut ſupra dictũ eſt) vicinitate ſibi coniuncte ſunt/tactu diſſicrece. Simul quidẽ ſite ſunt: z tamẽ lucis ſue mixtim radios fundunt. Ita oẽs ſcti alijs atq; alijs ad ꝓdicandũ tẽporib⁹ apparentes: z diſiũcti ſunt p viſionẽ ſue imaginis: et cõiuncti per intentionez mẽtis. Simul micãt: q̃ vnũ predicãt. Ez nõ ſemetipſos tãgunt: qz in diuerſis tẽporibus patiunt. Quaz diuerſis tẽporib⁹ abel/eſaias z ioannes apparuerũt. Diuiſi quidẽ fuerũt tpe/ſed nõ predicatione. Nã abel redemptoris noſtri paſſionẽ ſignificans agnũ in ſacrificio obtulit: de cuius paſſione Eſaias ait. Sicut agnus coram tondente ſe obmutescet: z nõ aperiet os ſuũ. De quo Joãnes ꝺz ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Ecce diuiſis quidẽ tẽporibus miſſi: z tamẽ cõcorditer de redẽptoris noſtri innocẽtia ſentientes: eundẽ agnũ ioãnes ostendendo: eſaias ꝓuidẽdo/abel offerẽdo docuit⁹ eſt: z quẽ ioannes ꝓfitente/qnẽ eſaias in locutione/hic abel ſignificãdo in manib⁹ tenuit. Quia igit quõ plyades ſtelle cõ humanitate redẽptoris ſibi cõcinnãt dixim⁹: nunc quõ in oſtendenda vnitate trinitatis concorditer luceant demõſtremus. Diuerſis q̃ppe tẽporibus huic mundo dauid/eſaias/z paulus apparuit: ſz tamẽ nullus eorũ alteri diuerſum ſenſit qz etſi ſemetipſos nõ nouerant facie/vnũ tñ dicerant ex diuina cognitione. Dauid quippe⁹ auctoriẽ omniũ deũ in trinitate oſtenderet dixit. Benedicat nos deus de⁹ noſter: benedicat nos deus. Ac ne ternarium deũ nominans tres deos dixiſſe putaret: illico vnitatẽ eiuſdẽ trinitatis inſinuans addidit. Et metuant eũ oẽs fines terre. Qui enim nõ eos/ſed eũ ſubdidit: vnũ tria q̃ dixerat intimauit. Eſaias quoq; cũ laudẽ de vnitate trinitatis aperiret: ſeraphin voces exprimens ait. Sanctus ſanctus ſanctus: ac ne ternarium ſanctũ nominãs vnitatẽ diuine ſubſtãtie ſcindere videret adiũxit. Dñs de⁹ ſabaoth. Qz ergo non dñi dñs/ſed dñs de⁹ addidit: vnum exiſtere q̃ tertio ſanctum vocaueratindicauit. Paulus q̃z vt operationẽ ſancte terminat: oſtenderet ait. Ex ipſo/z p ipm/z in ipſo ſunt omnia: atq; vt vnitatẽ eiuſdẽ trinitatis intimaret ꝓtin⁹ addidit. Ipſi gloria in ſecula ſeculoz amen. Qui igit nõ ipſis: ſed ipſi ſubdidit: vnũ naturaliter tria ꝑm ꝓſonas innotuit: q̃ ſuperius tertio idipſum dixit. Quaſi ergo z vno in loco plyades ſite ſunt: qz de deo cõcorditer ſentiunt: z tamen ſemetipſas non tangunt: qz (ſicut dictũ eſt) p bui⁹ mundi tpa diuerſa partiunt. Qõ bene ac breuiter Ezechiel ꝓpheta deſcribit: q̃ cũ diuerſi generis animalia videre ſe diceret / adiunxit. Junctiq; erãt pene eozũ alter⁹ ad alterũ. Pene q̃ppe alatũ alter⁹ ad alterũ iũcte ſunt: qz etſi diſſimilia ſunt q̃ agũt: vno tñ eodẽq; ſenſu ſibi ſctoz voces ꝓtueſcũt ſociantur. Et q̃uis alius rõnabiliter cuncta agẽdo ſit bõ: ali⁹ in paſſionibus fortis aduerſa mũdi nõ timẽdo ſit leo alius p abſtinentiã ſemetipſum vt uam hoſtiã offerendo ſit viculus: alius ſe in alta rapiendo contẽplatiõi volatu ſit aquila: pennis ſctarũ volãt tangũt/qui z paſſiõe vocãt z virtutũ ſibi vnanimitate iunguntur. Qõ qz ſol⁹ diuine virtutis eſt: z diſiunctis tẽpibus miſſos in fidei ꝓdicatione cõiungere/z diſſimilib⁹ virtutibus ꝓditos fulgore intentionis vnite: recte ꝺz. ℊ Munquid cõiungere valebis micantes ſtellas plyades? Ac ſi dicat/vt ego: qui vnus eſt ipſe co: atq; vnitatis ſenſu electoz mentes implendo cõiungo. In arcturo aũt q̃ gyrum ſuum nocturna ſpacia nõ occaſurus illustrat: nequaq̃ particularim edita vita ſctoz/ſed tota ſimul eccl̃ia deſignat: q̃ fatigatiões quidẽ patit/nec tñ ad defectũ ꝓpri ſtat⁹ inclinat: gyrum laborũ toleratsed ad occaſuz cũ tẽpibus nõ feſtinat. Neq; eñ ad ima poſt arcturus cũ nocturno tpe ducit: ſed dñs ipſe voluit/nor finit. Qz nimirum dum ſancta eccl̃ia innumeris tribulationib⁹ quatit/preſentis vite vmbra terminat: eaq; ſtante nor ꝓterit: qz illa in ſua in columitate perdurante mortalitatis huius vita percurrit.

℔ Capi. xxix.

Et in arcturo q̃ conſiderati⁹ poſſim⁹ ſtuueri. In ſepte q̃ppe ſtellis voluit: z mõ q̃dem tres ad ſumma elevat: atq; ad ima quatuor inclinat: modo quatuor ſuperius erigit/z tres inferius ꝓmit.

Sancta quoq; eccleſia cum modo infidelibus trinitatis notitiã: modo autem fidelibus virtutes quatuor: id eſt prudentiã/ fortitudinẽ/ temperantiã/ iuſtitiã ꝓdicat: quaſi rotatu ſuo ꝓdicationis ſtatus ſui ſpeciẽ quodãmodo immutat. Nã cum quibuſdã de operibus ſuis gloriãtibus cõfidentiã ꝓpriã laboris euacuat/ & fidẽ trinitatis exaltat: quid aliud facit niſi tres ſtellas arcturi eleuat/ quatuor inclinat. Et dum quoſdã bona opa nõ habentes de ſola fide ꝓſumere ꝓhibet: ſed operari enixi⁹ que ꝑcepta ſunt iubet: quid aliud arcturꝰ facit/ niſi quatuor ſtellas erigit/ tres deponit. Vt deamus quomodo tres eleuet/ quatuor deponat. Ecce ꝑ Paulũ cõtra fidẽ de opere ſuperbientibus dr. Si abraam ex operibus iuſtificat⁹ eſt: habet gliam / ſed nõ apud deum. Quid eſt ſcriptura dicit. Credidit Abraã deo & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Videamus quomodo quatuor/ eleuat/ tres deponat. Ecce ꝑ Jacobũ dr fide ſine opere ſuperbientib⁹ dr. Sicut corpus ſine ſpũ mortuũ eſt/ ita fides ſine operib⁹ mortua eſt. Arcturus itaq; voluitur: q; ſancta eccleſia iuxta auditor⁹ ſuorũ mentes in diuerſo latere predicationis arte verſatur. Arcturus voluitur: q; dec in noctis huius tribulationibus rotatur. Sed hunc arcturi gyrũ q̃q; dominꝰ diſſipat: q; laborez eccliæ ad requiẽ permutat. Tres & pyades plenius iungit: cum gyrũ arcturi deſtruit: q; tunc nimirum ſancti omnes etiaz vitioꝝ ſibi ſpecie copulantur/ quãdo in fine mũdi ſancta eccliæ ab his quos nunc ſuſtinet laboribus ſolluitur. Dicat ergo. Nunquid coniũgere valebis micantes ſtellas pyades: aut gyrum arcturi poteris diſſipare: ſubaudiore ego qui tñc ſanctorum vitam etiam per ſpeciem vnio/ cum gyruz vniuerſalis eccliæ corporaliter ſoluo. Et quis hominum ſolius diuine boc eſſe virtutꝭ ignorat: Sed vt cognoſcat bonꝰ quid ipſe ſit/ memorꝫ aſſidue q̃ ſolus dominus poſſit. Habem⁹ adhuc q̃ de ſtellis pyadibus atq; arcturo aliud ſentiamus. Pyades quippe ab oriente/ arcturus vero ex parte aquilonis ſurgit. Quotiẽs autem ſcꝑ gyrum ſuum arcturus verterit/ pyades oſtendit: & cũ lux diei iam vicina efficitur: ſtellarum eius ordo diſtenditur. Poteſt igitur per arcturũ qui a plaga frigoris naſcitur/ ler: per pyades ꝯo que ab oriente ſurgunt teſtamẽti noui gratia deſignari. Quaſi enim ab aquilone ler venerat/ que tanta ſubditos rigiditatis aſperitate terrebat. Nam duz pro culpis ſuis alios perciperet lapidibus obruit: alios gladij morte multetari: plagatorpẽz velut a ſole charitatis alienã preceptorũ ſuoruz ſemina plus ꝯmebat ex frigore/ ꝯ ex caloze nutriebat. Cuius oppreſſionis ꝑdus petrus bo: rurat cũ dicebat. Quid tentatis deum imponere iugũ ſuper cernicem diſcipulorum: quod neq; patres noſtri/ neq; nos portare potuimus. Sic mirum ꝯ p arcturi ſeptem ſtellas teſtamentum vetus exprimitur: quia & in veneratione legis dies ſeptimus erititi venerabilis: & p hebdomadam integrã ꝓſtituti ſacrificij vota rendebant. Pyades ꝯo ã ipſe quoq; (ſicut ſuperius diximus) ſeptẽ ſunt: teſtamenti noui gratiã tanto apertius indicãt: quanto cuncti liquido cernimus/ ꝯ p illã fideles ſuos ſpiritusſanctus ſeptiformis munꝰ ris lumine illuſtrat. Quaq; igitur ſe arcturus vertit/ pyades oſtẽdit quia per omne q̃ teſtamentum vetus loquitur: teſtamenti noua opera nunciantur. Sub terru eſt ille re regit myſterium ꝓphetie. Et ãſi inclinat ſe arcturus & demonſtrat quia dum ad ſpiritualem intellectuz flectitur: ſignificata per illud lux gratie ſeptiformis aperitur. Et propinquante diei luce: ſtellarum eius ordo diſtenditur: quia poſtq; per ſemetipſam nobis veritas innotuit: ab illo obſequijs carnalib⁹ litere preceꝑta tarauit.

¶ Capitulũ. xxx.

Redemptor autẽ noſter in carneveniẽs pyades iunxit: q; opationes ſeptiformis ſpũs ſimul i ſe & iũctas & manẽtes habuit. De quo per Eſaiam dr. Egredietur virga de radice ieſſe: & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſup eũ ſpiritꝰ dñi ſpiritus ſapiẽtie & intellectus: ſpiritus conſilij & fortitudinis: ſpiritꝰ ſcientie & pietatis: & replebit eum ſpũs timoris dñi. De q̃ zacharias ait: Super lapidẽ vnũ ſeptẽ oculi ſunt. Atq; iterũ. Et in candelabro aureo lucerne ſeptẽ. Nullus vero dominũ operationes ſanctiſpiritꝰ ſimul omnes habuit/ niſi ſolusme diator dei & hominũ: cuius eſt idẽ ſpiritus qui de patre ante ſecula ꝓcedit. Bene ergo dr. Super lapidẽ vnũ ſeptẽ ſunt oculi. Huic enim lapidi ſeptem oculos habere eſt: ſimul omnẽ ꝓvirtutem ſpiritus ſeptiformis gratie in operatione retinere. Alius namq; ꝓphetiã: alius ſcientiã: alius virtutes: alius genera linguarũ: alius interpretatiões ſermonũ iuxta diſtributiones ſanctiſpiritus accepit: ad habendã ꝯo cuncta eiusdẽ ſpiritus munera nemo ptingit. Et vero cõditor noſter infirma noſtra ſuſcipiẽs: q; per diuinitatis ſue potẽ: tiam ſimul ſe habere omnes ſanctiſpiritus virtutes edocuit: micãtes ꝑculdubio pyades iunxit. Dum vero pyades iungit: arcturi gyrum diſſipat: q; dum ſemetipſum factum hominẽ habere cunctas ſanctiſpiritꝰ operationes innotuit: in teſtamẽto veteri litere iacorem ſoluit: vt fidelis quiſq; iam cum libertate ſpiritus illud intelligat: cui prius i foꝛmidine inter tot diſcrimia ſeruiebat. Audiat itaq; beatꝰ Iob. ¶ Nũquid coniungere valebis micãtes ſtellas pyades. Actꝰ aperte dicꝛetur. Habere quidez lumina quarundã virtutum poteꝛ: ſed nũ quid exercere ſimul oẽs operationes ſanctiſpiritus ſufficis? Vide ergo coniungentem pyades in cunctis virtutibus contemplare: & tu de paucis ab elatione compeſcere. Audiat q̃ dr. ¶ Aut gyrum arcturi poteris diſſipare. Actꝰ aperte ei dicꝛetur. Et ſi ipſe iam q̃ recta ſunt ſentis: nunquid virtute tua etiam in alienis cordibus laboꝛez groſſioris intelligentie deſtruis? Vide itaq; ſidera; qui carnaliũ ſtulta eligo: dñi me ꝑ carnis ſtulticiaz manifeſto: vt tantomagis hec que putas ſtutũ tuaz fortia humiles ꝓto nec veſtigia mee infirmitatis apprehẽdis. Qz vero in ipſo dñice incarnationis myſterio alijs iuſtveritatis oſtenditur: alioꝝ vero per ſcandalũ corda tenebrantur: recte ſubiungitur. ¶ Nunquid produces luciferũ in tempore ſuo: et veſperũ ſuper filios terre conſurgere facis? Pater quippe ſtẽ poze ſuo luciferum pduxit: qz ſicut ſcriptũ eſt. Cũ venit plenitudo tẽporis: miſit deꝰ filiũ ſuũ natuz ex mulĩere: factũ ſub lege: vt eos qui ſub lege erãt redimeret. Qui natꝰ ex ꝯgine velut lucifer inter tenebras nre noctis apparuit: qz fugata obſcuritate ꝑti eternuz nobis mane nũciauit. Luciferũ ſe innotuit: qz diluculo ex morte ſurrexit & fulgore ſui luminis mortalitatis noſtre caliginẽ preſſit. Cui bene ꝑ Joannẽ dr. Stella ſplẽdida & matutina. Huius ꝺppe apparendo poſt mortẽ matutina nobis ſtella factꝰ eſt: qz dñs i ſemetipſo exẽplũ nobis reſurrectionis ꝓbuit: q̃ lux ſequa & indicauit. Veſperũ ꝯo ſup terre filios dñs ꝓſurgere facit: qz infidelibus iudeoz cordib⁹ dñari antichriſtũ cozmerito erigere ꝑmittit. Qui idcirco a dño huic veſpi iuſte ſubdunt: qui ipſi ſpõte ſua filij terre eſſe voluerũt. Terrena ꝺppe & non celeſtia requirentes/ a ſpiciendi lucifeꝛi noſtri claritate cecati ſũt: &

dum p̄cessistibi vesperū expetunt/ subsequētis dānationis eterna nocte mergunt. Hinc in euāgelio dominus dicit. Ego veni in nocte patris mei timō accepistis me: alius veniet in nocte suo t ipm recipietis. Hinc paulus ait. Eo q̄ charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent: ideo mittet illis dē operationē erroris vt credant mendacio: vt iudicent oēs qui non crediderunt veritati/sed consenserunt iniquitati. Nequaq̄ ergo super eos vesper consurgeret/si celi filij esse voluissent. Sed dum visibilia appetunt/amisso cordis lumine sub noctis duce tenebrescunt. ¶La.xxij.

QVod tā si moraliter discutimus / quomō quotidie agat inuenimus: qz nimirū t electis lucifer oritur: et reprobis deo p̄mittēte vesper dominatur. Unus enim atq̄ idem sermo dei est in ore p̄dicantis. Quem duę isti gaudēdo/ illi vero inuidendo audiunt: clari tatem sibi lucifери in vesperi tenebras vertunt. Dū isti humiliter vocē sancte p̄dicatiōis accipiūt/qua si ad stelle lucē oculos cordis aperiunt: dū vero illi bñ dicenti inuident: t nō salutis causam/ sed elationis gliam q̄runt p̄umpēte inquitatis sue vespere in somnum mortis oculos claudūt. Per occultū ergo iudiciū is qui electis ē lucifer/reprobis auditoribꝰ fit vesp: qz exhortatiōe sancta qua boni ad vitam redeūt/praui deteriꝰ in culpa moriunt. Cū bene p̄ Paulū dr. Christi bonus odor sumus deo/in bis qui salui fiūt/t in bis qui pereūt: alijs q̄dem odor mortis in mortē: alijs aūt odor vite in vitā. Verū istaq̄ suis auditoribus esse lucifer simul t vesperum videt: p qđ t alios ab iniq̄tate suscitari/t econtra alios sopiri in iniq̄tate cōspexit. Qđ qz occultis dei iudicijs agitur q̄ in hac vita ab bolbus cōprehendi non p̄t/ recte ille subdidit.

¶Et ad hec quis tā idoneus? Acsi diceret. Idonei quidem sumus ad hec cōsiderāda q̄ fiunt: sed idonei nō sumus ad hec inuestigāda cur fiāt. Cū hic q̄z dñs qz alijs p̄duci luciferū/al ijs p̄ surgere vesperū dixerat/ne perscrutari hō occulta dei iudicia audeat: illico subiungit.

¶Capitulum. xxxij.

NUnquid nosti ordinē celi: t ponis rōnē eius in terra? Ordinē celi nosse est/ superna dispositionum occultas p̄destinationes videre. Rōnē ꝑo ei⁹ in terra ponere est/ante hūana corda taliū secretoꝝ causas aperire. Rōnem vq̄ celi in terra ponere est/ supnoꝝ iudiciorū mysteria vel cōsiderādo discutere/vel loquēdo manifestare. Qđ vtiq̄ facere in hac vita posse⁹ nullus pōt. Ut essi a paruis ad maiora veniamus/q̄s intelligat q̄ et secretoꝝ subtilitas pōt: q̄ sepe vir iustus a iudicio nō solū nō vindicatus/sed etiā punitus redeat: et iniquus eⁱ⁹ aduersari⁹ nō solū nō punitus/sz et victor abscedat: Quis intelligat cur vnus alius insidias moriēt⁹ p̄mouet: t moritur alius qui p̄futurus esset vite multoꝝ? Alius culmē p̄dicationis assequitur/ q̄ nō nisi ledere studet: alius timendo lesos defendere cupiscit/ t tñ ipe oppressus iacet: alij⁹ vacare appetit/t innumeris negotijs implicat: alij⁹ negotijs implicari desiderat/ t coact⁹ vacat. Alij⁹ male inchoās/ vsq̄ ad vite sue terminū ad pessima p̄trahit: alij⁹ dū incipies p̄ lōgitudinē tpoꝝ p̄ficit ad augmēta meritoꝝ. Ut ꝑ alius male viuēs diu reseruat vt se corrigat: alij⁹ ꝑo bene q̄dem vt viuere: sed in hac vita cursu durat quo ad p̄uersa p̄ruumpat. Alij⁹ in errore infidelitatis natus in errore deficit: alius in catholice fidei rectitudine genitus/in catholice fidei rectitudine cēsum mak. Econtra ꝑo alij⁹ catholice matris vētre editus/iuxta vite termi-

num erroris voragie deuorat: alij⁹ aūt vitā suā i catholica pietate cōsummat: q̄ ortus in p̄dicta cā iacte mīs aurerat vir⁹ erroris. Alij⁹ celitudinē dñi viuēdi appetere t vult t valet: alij⁹ nec vult nec valet. Alij⁹ vult t non vz: alius valet t nō vult. Quis ergo ista iudicioꝝ celestiū secreta discutiat? Quis intelligat dei secretā lancē equitatis occulte? Ad cognoscēdos q̄ppe istos iudicioꝝ secretoꝝ⁹ sinus nullus ascēdit. Dicat ergo homini vt se nescire cognoscat. Nesciente ꝑo se cognoscat vt timeat: timeat vt humiliet⁹: humiliet se ꝓmat in se. Nō ꝓmat in se vt cōditoris sui auxiliū reqrat: t q̄ in se fidēs mortua⁹ est/auctoris sui adiutoriū appetens viuat. Audiat etiaq̄ vir iustus tam quidē se sciēs/ sed hec que supra se sunt nesciens. Nūquid nosti ordinē celi: t ponis rōnem ei⁹ in terra: id est/ nūquid occultos ordines iudicioꝝ celestiū cōprehendis: aut aperire hūanis auribus sufficis? Beat⁹ igit iob dū iudicioꝝ incōprehēsibiliū inuestigatiōe requirit: acsi ei aperte dicere t. Cūcta q̄ pateris tāto⁹ tolerare patienti⁹ debes/ cōto secretoꝝ celestiū ignar⁹ cur hec pateris nescis.

¶Finit liber. xxix. Moralium sancti Gregorij.

Liber. xxx. moraliū sancti Gregorij in beatus Job: continuans capitulum trisimumoctauum textus.

Capitulum. j.

obscurat: cuncq; videri aliquatenus põt: & ñ videri lux ipsa sicut est non potest/q̃ longe sit indicat. Quam si mens vtcunq; non cernere: nec q̃ longe esset videret. Si autem perfecte ea cerneret: pfecto hanc quasi p caliginẽ nõ videret. Igitur q̃ necomnino cernit: nec rursum omo nõ cernit: recte dictũ est: quia a longe deus videtur. Libet ad mediũ Esaie verba deducere: atq; hec & illa/q̃ vno spiritu perferantur indicare. Qui cuz actiue vite ꝑtes expmeret / ait dicẽs Qui ambulat i iustitijs & loquitur veritatem: qui proijcit auaritiã ex calliniã: & excutit manus suas ab oẽmunere: ꝙ obdurat aures suas ne audiat sanguinem: & claudit oculos ne videat malũ: illico q̃ ab eiusdem actiuevite gradibus ad q̃ contemplationis culmina ascendat/ adiunxit dicẽs. Iste in excelsis habitabit: & munimenta saxorũ sublimitas eius: & panis ei datus est/aq̃ eius fideles sunt. Regem in decore suo videbunt: oculi eius cernẽt terram de longe. In excelsio nãq; habitare est/cor in celestibus ponere. Et munimenta saxorum sublimitas nostra est/cũ fortium patrũ precepta & exempla respicimus/at q̃ ab infima cogitatione separamur. Munimenta saxorum sublimitas nra est/cũ mente choris castriscq; celestibus iungimur: & insidiantes malignos spũs stantes in arce cordis quasi subterpositos expugnamus. Tunc nobis etiam panis datur: quia in superiris erecta intentio/eternitatis cõtemplatione reficitur. Aque enim nostre fideles sunt: q̃ doctrina dei q̃ hic p spem promittit/hoc illic in re exhibet. Sapientia nãq; huius mũdi infidelis. & q̃ mãsura post mortem nõ est. & que nostre fideles sũt q̃ verba vite quod ante mortẽ insinuant/hoc etiã post mortem demonstrant. Regem in decore suo cum nos cõspiciunt: q̃ redemptor noster in iudicio & a reprobis bõi debit: sed ad diuinitatis ei⁹ intuẽdã celsitudinẽ/soli qui electi sunt subleuant. Quasi essi quãdã fiditatẽ regis videre est: solã seruilem formã in qua ab iniquis despect⁹ est cernere. Ex ab electis in decore suo rex cernitur: q̃ vltra semetsos rapti in ipso diuinitatis fulgore oculos cordis figũt. Qui q̃diu i hac vita sunt (quia illam viuentiũ patriam sicut est videre nõ ꝓsit/recte adiũgitur) cernent terrã de lõge. Qõ ergo hic ait: elenabit aquilam: & in arduis ponet nidum suũ/ & illic dicitur/in excelsis habitabit. Qõ hic dicitur in petris manet/ & in preruptis silicibus commorator/atq; inaccessis rapibus: hoc illic subiicitur/munimẽta saxorum sublimitas eius. Quod rursus hic subiungitur: & de ꝓmptatur: esca: hoc illic q̃s subditur: panis ei datus est/aque eius fideles sunt: regem in decore suo videbunt oculi eius. Et q̃ hic subiungitur. Oculi eius de longe prospiciunt: hoc illi aperte subiicitur: cernent terrã de longe.

Esaie. 33. c.

Quõ ab actiue vite gradibus ad q̃ contẽplationis culmina ascẽdat/ adiungit dicẽs.

Quid excelsis habitare.

¶Capitulum.xxxvj.

Onsideremus q̃ sublimis aqla fuerit Paul⁹: qui vsq; ad tertium celum volauit: sed tñ in hac vita posit ? e lõgin⁹ quo adhuc deum ꝓspicit qui ait. Videmus nũc p speculũ in enigmate: tunc autem facie ad faciem Et rursum. Ego mẽ arbitror cõprehẽdisse. Ex q̃ntus eterna valde minus q̃ sunt ipe cõspiciat: q̃ntus ea se cognoscere perfecte nõ posse cognoscat: infirmis tamen auditorib⁹ carpsa infundere ꝓtendo nõ põt que videre sattẽ per speculum & ymaginẽ potest. De semetipso q̃pe tanq̃ de alio loquit dicens. Audiui arcana ꝟba q̃ nõ licet homini loq̃. In terna ergo q̃ntus minima & extrema videantur: fortib⁹ tñ & dilectorib⁹ summa sunt / infirmis vero auditoribus incapabilia. Ut & predicatores sancti cum auditores suos diuinitatis verbũ capere nõ posse

2. Cor. 13. d. Phil. 3.

1. Cor. 13. d.

2. cor. 12. a.

posse ꝙspiciunt/ad sola incarnationis dñice verba descendũt. Unde bene hic dum sublenata in arduis aquila longe videre dicitur: illico subinfertur. ¶Pulli eius lãbũt sanguinem. Aesi aperte diceret. Ipsa quidẽ diuinitatis cõtemplatione pascit: sed q̃ auditores eius diuinitatis capere arcana nequa q̃ possunt/cognito crucifixi dominũ cruore saciant. Sanguinẽ quo q̃ lambere est/passionis dñice infirma venerari. Hinc est q̃ idem Paulus q̃ sicut pauloante sũ dixerat/discipulis dicebat. Nõ essi iudicani me scire aliq̃d inter vos/ni si ihesum Jesum/& hunc crucifixum. Ac si aperte hec aquila diceret. Ego quidẽ escam meã diuinitatis eius potentiã de longe ꝓspicio: sed vobis adhuc parvulis incarnationis eius tantũmodo lambendũ sanguinẽ trado. Nã qui per predicationẽ suã tacita diuinitatis celsitudinẽ infirmos auditores de solo cruore crucis edocet: q̃d aliud q̃ sanguinẽ pullis prebet? Quia q̃ vnusquisq; sancti predicatoris anima corruptiõe carnis erutta: ad eum mox ducit qui p nobis spõte in morte cecidit/& de morte surrexit: apte de hac aquila subditur.

Quid sanguinẽ pulli libere. 1. Cor. 1. e.

¶Et vbicunq; cadauer fuerit statim adest. Cadauer quippe a casu dicitur. Et non immerito corpus dñi propter casum mortis cadauer vocatur. Qõ añt hic de hac aquila dicit/vbicũq; cadauer fuerit/statim adest: hoc de egredientibus animabus fieri veritas spõdet dicens. Ubicũq; fuerit corpus illic cõgregabunt & aquile. Aesi aperte dicat. Qz celesti sede incarnat⁹ redẽptor vt̃ ꝓdicio: electoz q̃s alias cũ carne soluero/ad celestia subleuabo.

Vbi cadauer ibi & aquile. Matt. 24. c.

¶Capitulum.xxxvij.

Sed hoc q̃ de hac aqla dixi/vbicunq; fuerit cadauer statim adest: intelligi & aliter põt. Quia essi q̃ in peccati morte ceciderit: nõ inconuenienter poterit cadauer vocari. Quasi exanimis nãq; iacet: qui iustitie viuificante spũ nõ habet. Qz ergo sanctus q̃s q̃ predicator: vbi peccatores esse cõsiderat/illuc aurie peruolat: vt in peccati morte iacentibus lucẽ vnificationis ostẽdat: vñ de hac aqla dicit: vbicũq; cadauer fuerit statim adest: id est illuc tendit vbi vtilitatẽ predicatõis prospicit: vt ex eo q̃ iã spiritualiter vivit: alios in morte sua iacentibus prosit/quos corripiendo quasi edit: sed ab iniquitate ad innocentiam permutãdo in sua membra q̃si edendo conuertit. Ecce ipse quem ad testimonium iam sepe duximus. Paul⁹ cum nunc iudeã/nunc corinthũz/ nunc ephesum/nunc romã/ nunc hispanias peteret: vt in peti morte iacentib⁹ eterne vite gratiam nũciaret: q̃d se aliud q̃ esse aquilam demonstrabat: que velociter ossa transuolans vbicunq; iacens cadauer querebat: vt dum voluntatez dei incratis peccatoribus faceret/ quasi escam suam in cadauere reperiret? Esca quippe iustorum est q̃uersio peruersoz: de qua dicitur. Operamini nõ cibum qui perit: sz qui permanet in vitã eternã. Audiuimus itaq; tot sanctoz virtutibus beatus iob obstupuisse intelligit: & sub admirationis terrore situisse. Nam sequitur. ¶Adiecit dominus & locutus est ad job. Numquid qui cõtendit cum deo tam facile conquiescit? Utiq; qui arguit deum: debet & respondere illi. Vir sanctus tanta hac districtione flagelli nõ estimauit augeri sibi merita/sed vitia refecari Que q̃ in se nulla cognouit: percussum se iniuste credidit: & pcutiẽtem ꝓsus arguere est/ de pcussione murmurare. Cõsideranda añt domini ꝓpitiatio: sz & qualitate collegerativi ne murmuret: pie illũ increpat dicẽs. Nũquid mutabit qui contendit cũ deo iam facile cõquiescit? Utiq; arguit deũ oz & rñdere

Job. 6. c

Ad oppratio ad patiẽtiã.

Perce tientẽ argue re & de minus ꝓpitio ne mur mur.

illi. Acti aptius diceret. Qui tanta de tua actione locutus es: cur audita sctōz vita siluisti: Vide esi fuit arguere de peruisōe mea an fuerit iusta dubitare. Et bona quidē tua veraciter protulisti: sed hec ꝙ tēderēt flagella nescisti: qui etsi non habes iam qđ corrigas/habes tñ adhuc ꝙ crescas. In ꝙta vero virtutis arce ꝙplurimos subleuez me ecce narrante cognouisti: ipse ꝓsiderabas tuā/sz alios celsitudinē neseiebas Auditis igit alienis virtutibus: si qđ vales rūde de tuis. Scim⁹ aūt ꝙ cordis sui oculū p elationis tenebras extinguit: qui cū recta agit: considerare meliora merita negligit. Ait cōtra magno būitatis radio sua opa illustrat/ꝙ alioz bona ꝓsiderat me cerit/facta sonis z ab aliis cōspicit cū qui de singularitate timet erūpere nititur/supbie tumore ꝑmit. Hinc est ꝙvoce dei ad Helīā soluz se estimantē dr. Reliqui mihi septē milia viroz qui nō curuauerūt genua ante Baal: vt dñi nō solū se remāsisse cognosceret/elatiōis gratuite ꝙ ei de singularitate surgere poterat/euitare posset. Beatus itaq; iob nihil puerse egisse reprehendi tur: sz de altioꝝ etiā dñi gestis docetur: vt dñi se equales z alios habere cōsideret/et ꝙ singulariter summus est se humiliter subdat.

Qui ꝛ bz: qđ corrigat bz adhuc ꝙ crescat.

Cordis oculuz extinguit ꝙ cū recta agit ꝓsiderat me lioza merita negligit.

Z 3. Reg. 19.d

¶ Finit liber tricesimus primus moralium sancti Gregorij.

¶Liber tricesimussecundus moralis expositionis sancti Gregorij pape super Job Capituluz.j.

Sancti viri ꝙ apd dñi altius virtutum dignitate ꝓficiūt: eo subtilius indignos se esse deprehendunt: qi dñi primi te ꝓfluci fiunt: quicquid eos in seipsis latebat inuenīt: z tantomagis foris sibi deformes apparēt/ꝙto minus pulchrius est qđ intus vident Unusquisq; esi sibi duz tacta veri luminis illustratur ostēdit: et vnde agit oscitur đ est iustitia inde erubescitur/vt videat đ est culpa. Hinc est ꝙ sepe mēs nostra ꝙuis frigida in cōuersatiōis būane actione torpescat: ꝙuis in quibusdā delinquat z nesciat: ꝙuis peta đā quasi nulla ꝑpēdat: cū ti ad appetēda sublimia oratiōis cōpūctione se erigit/ipso fue cōpunctiōis oculo excitata ad circūspiciendā se post fletum vigilatioz redit. Dū cū neglectā se deserit: z noctio tepore torpescit: vt otiosa ꝙba/vel inutiles cogitationes minoris esse reat⁹ omnimodo credit. At si igne cōpunctionis incalescens a torpore suo tacta subito afflatu cōtēplationis euigilet: illa ꝙ ieuia paulo ante credidit: mortē grauia ac mortifera ꝓbrescit. Cuncta eñ vel in minimis noxia quasi atrocissima refugit: qr vbi ꝑ conceptionē spūs grauida mitrire ad se ium insania nulla ꝑmittit. Ex eo eñ ꝙ intꝰ cōspicit: cꝙ sint horrēda dec ꝙ exterius ꝑtrepuit sentit: z ꝙto amplius subleuata ꝓfecerit: tāto magis refugit infima in qb⁹ ꝑtrata defecit. Nihil ꝙppe eē nisi qđ interi⁹ viderat pasci: atq; cograui⁹ tolerat/đq; se ei exterius ingerit/ꝙ illud nō est qđ interius vidit: sed ex his interioribus ꝙ raptim videre potuit/ad exteriora ꝙ tolerat iudicādi regulā sumit Dū se eñ rapit dñi sublimia contemplat: z semetipsam iam liberi⁹ excedendo conspiciens: đq; ei exterpta sub seipsa remanet: subtili⁹ cōprehēdit. Ex qua re miro modo agit: vt sicut supius dictū est: vnde dignior efficit/inde sibimet indigna videat: z tūc rectitudini se lōge esse sentiat cum appropinquat. Unde Salomō ait. Cuncta tētaui in sapiētia z dixi. Sapiēs efficiar: z ipsa longius recessit a me. Quelta eñ sapientia longe recedere dr: quia appropinquanti altior videt. Qui vero hanc nequaq; querit: tāto se ei ꝓpinquos estimant/ꝙto eius rectitudinis regulaz ignorāt qr sti in tenebris mirari lucis claritatē nesciunt/quam nunq; vide runt: cūq; in forma eius pulchritudinis nō tendunt in semetipsis/z libēter quotidie deformiores fiūt. Nam quisq; eius radiꝰ tangitur: sua illi manifestius fortitudo monstratur: z eo verius inuenit ꝙtum sit a recto. Unde beat⁹ iob humanum genus virtutibus transiens amicos loquendo superauit: sz loquente deo sublimius eruditꝰ semetipsum cognoscendo reticuit. Illos namq; infuste loquentes subdidit: sed ad verba locutionis mee me reum se iuste cognouit: z qđ ex tur flagellat⁹ sit nescit. Sed tamē cur flagella veneratus diuina nō sit flendo redarguit. Diuina eñ iudicia cū nesciuntur: nō audaci sermone discutienda sunt/sed formi dolose silētio veneranda: qr z cū causas rerum conditor in flagello nō aperit: eo iustas indicat quo se eas facere qui summe iustus est demōstrat. Vir ergo sanctus z prius de locutione z post de silentio reprehē sus: qđ de semetipso sentiat innotescat. Ait eñ. Qui leuiter locutus sum respondere quid possum: Aut dicat. Sermone meū defenderez/si hunc cū ratiōis pōdere protulissez Ad postq; lingua leuitate vsa coniuncit: quid restat nisi vt ꝓcendo refrenet: Sequit. ¶ Manuz meā ponā sup os meū. Usu sacri eloquii in manu opatio: in ore locutio solet intelligi. Manuz ergo sup os ponere est: virtute boni operis cui pas tegere incaute locutiōis. Quis vero inueniri poteſt qui quātūlibet ꝓfect⁹ sit de ocioso tamen sermōe nō peccet: Jacobo attestante ꝙ sit. Nolite plures magistri fieri: in multis eñ offendimus oēs. Et rursum. Linguam nullus hominum domare pōt. Cuius culpas redarguens p semetipsam veritas dicit. Dico aūt vobis qđ omne verbum ociosum qđ locuti fuerint homines reddēt de eo rōne in die iudicij. Sed facti viri ante dei oculos ibudent culpas lingue tegere meritis vite: studeat bonoz opez pondere premere immoderata ꝙboz. Unde in sancta ecclesia manus super os ponit: dū in electis eius quotidie ociose locutionis vitiū bone actionis virtute operit. Scriptū namq; est. Beati quoz remisse sunt iniquitates: z quoꝝ tecta sunt peccata. Sed rursum cū scriptū sit. O ia nuda z apta sunt oculis eius: quomō tegi possunt que eius oculis cui cūcta nuda sunt/abscondi nequaq; possunt: Sed qr boc qđ tegim⁹ inferius ponim⁹: atq; boc vñ tegim⁹ nimirū superducimus: vt quod est subterpositū tegam⁹ tegere pecta dicimur: que quasi subterponi mus/dū bone actiōis opus ad boc post eligimus vt preferamo. Qui ergo priora mala deserit/z bona postertius facit: per hec quod addit: transactam nequitiam egit cui boni operis merita superducit. Beatus igitur iob sancte ecclesie typuz tenens/z in verbis suis sua allegans/nostra designās/dicat ex se/dicat ex nobis: manum meam ponam super os meum/id est boc qđ districto iudici de sermone meo i me displicuisse considero: ante eiꝰ oculos sub velamine recti operis abscondo. Sequitur. ¶ Unum locutus sum/quod vtinam non dixissem: z alterum/quibus vltra non addā. Si transacta beati iob verba discutimus: nihil eoz nequiter dixisse reperimus. Si vero dicta eius que cum veritate ac libertate prolata sunt/in aliquo superbie vitio flectimus/duo tam solummodo non erunt: quia multa sunt: sed quia loqui nostruz est hominibus occultum sensum vero bis aperire: loquivero nostrum ad diuinas aures est motum mentis

Matt. 12.c

Psal. 31.a Hebr. 4.b f

Loqui iob⁹. Loqui deo.

etiam expressione actiōis ostēdere. Beat⁹ Iob ad libri sui se subtilissimi examinis pēsans locutione sua se cūdo se deliquisse cōfitetur. Unuz est loqui illicite est: res flagello dignas agere: aliud loqui illicite est: etiaz de flagello murmurare. Qui ergo ante increpationem dñicam in omni opere boibus platus fuit ipse in altū increpatiōe pficies: et minus se recti prius in ope: z minus se patiētē postmodū inuenit. Ui semetipsum redarguit dicēs. Unū locutus sum qō vtinā nō dixissem: z alterū/quibus vltra nō addā. Ac si dicat. Rectū me quidez inter boles credidi: sed te loquēte z ante flagella prauū: z post flagella me rigidū inueni. Quibus vltra nō addā: qz iam ꝓto nūc te loquentem subtilius intelligo/tanto me ipm būilius inuestigo. ¶ Capi. ij.

Et qz beat⁹ Iob sancte ecclie typum tenet: possunt electis ob⁹ hec ei⁹ ꝓba cōgruere: q cognoscentes dñm / in vno et alio deliquisse se fatēt: qz se intelligūt vel in cogitatione z ope/vel in dei ac primi negrecta dilectiōe peccasse. Quib⁹ se ꝓmittunt vltra nil addere: quia p cōuersionis gratiā curāt penitendo quotidie etiā transacta purgare. Per hoc tñ ꝙ beat⁹ Iob de duobus se penitēdo redarguit: liquido ostēdit ꝙ peccator omnis in penitētia duplicē habere gemitū debet: nimirū qz bonū qō oportuit nō fecit: z malum qō non oportuit fecit. Hinc est cñ qō per Aldoysen de coqui iuramentū protulit: vt vel male qō vel bene faceret: atq; hoc ipm obliuione transcēdit dicit. Offerat aguā de gregib⁹ sue capris: orabit qz p eo sacerdos z p pctō ei⁹. Si autē nō potuerit offerre pecus: offerat duos turtures vel duos pullos colūbarū: vnū pro peccato z alteruz in holocaustū. Iuramentum namq; ꝓferre est/voto nos diuine seruitutis alligare: z cū bnis operā ꝓmittim⁹/bene nos facere spōdem⁹. Cum vero abstinentiaz crucialū carnis nostre vouemus: male ad ꝓfectus nos nobis facere inram⁹. Sz qz nullus in hac vita ꝓfectus est: vt quālibet deo deuot⁹ sit inter ipa ꝓfectus ciuz pia vota nō peccet: pro peccato agna offerri de gregib⁹ sue capra precipitur. Quid est per agnā nisi actiue vite innocentia: quid p capram que in summis sepe extremisq; rupibus pendens pascit/nisi cōtēplatiua vita signat? Qui ergo se cōspicit ꝓmissa ac ꝓposita nō implesse: ad sacrificiū dei sese studios⁹ dz vel i innocentia boni operis/vel in sublimi pastu cōtēplationis accingere: et bene agna de gregibus/capra vero offerri de gregibus non iubetur: quia actiua vita multoz est/ cōtēplatiua paucoz: z cum bec agim⁹ que maios agere z egisse cōspicimus: quasi agnam de gregibus damus. Sed cum offerentis virt⁹ ad agnā capram nō sufficit: in remedio penitentie adiungitur/vt duo pulli colūbarum vel duo turtures offerantur. Scimus qz columbaz pulli vel turtures pro caneu gemitus habēt. Quid ergo per duos colūbarum pullos vel duos turtures/nisi dupler penitētie nostre gemitus designat: vt cū ad offerenda bona opa nō assurgimus/nosmet ipsos dupliciter defleamus: quia z recta non fecimus: z prava operati sum⁹? Ui z vnus turtur p peccato: alter vero offerri in holocaustuz iubetur. Holocaustū nāq; totū incensum dicitur. Unuz ergo turtur rem pro peccato offerimus/cum p culpa gemitum damus: de altero vero holocaustuz facimus: cum p eo ꝙ bona neglexim⁹ nosmetipos funditus succendentes igne doloris ardemus. Quia igitur duplex in penitētia gemit⁹ debetur/ bene tus Iob diuine vocis increpatione proficiens/atq; in sua reprehensione succrescens/dixisse se vnum et alterū penitens fatetur: ac si aperte dicat: z erga bona per negligentiam torpui/zad mala per audaciam prorupi.

¶ Textus beati Iob Capituli Quadragesimi: libri vero moralis expositionis/

Capitulum. iij.

Job capitulo xl.

Respondens autē dominus Iob de turbine dixit. Accinge sicut vir lūbos tuos: z interrogabo te/z indica mihi. Quid sit dñs de turbine rñdere: ad btūm Iob lūbos accingere/ ad interrogare dei/ad bois indicare primo ia dñi sermone tractatū est: quis ergo lectoris tedio parcimus/ curamus summopere ne dicta replicemus. Sequitur. ¶ Nunquid irritū facies iudiciū meū: z condemnabis me vt iustificeris tu? Quisquis cōtra flagella celestia dñi semetipsuz defendere nititur/flagellantis iudiciū euacuare conatur. Nam cum culpa sua feriri se debeat: quid aliud ꝙ iustitiā ferientis accusat? Beatū ergo Iob nō idcirco flagella celestia ꝓcusserūt/vt in eo culpas extinguerent/ sed potiꝰ vt merita augerent: quatenus ꝙ tranquillitatis spe in tanta sanctitate clarueratz et ex pcussiōe pateſceret: que i eo etiā patiētie virt⁹ latebat. Qui quidē culpā suā inter flagella nō inueniens: nec tñ flagella eandē causam sibi esse augendi meriti deprehendēs/iniuste se ferirī credidit/cum quid in se debuisset corrigi nō inuenit. Sed ne ipsa innocentia in tumorē electiōis inflare tur: diuina voce corripitur: z mēs eius ab iniquitate libera/sed verberibus pressa/ ad iudicia occulta reuocat: vt supna sua/etsi non est cognita nō tamē credat iniusta: sz eo saltē iustum credat oē qō patit: quo nimiz cōstat qz de auctore patiatur. Magna est satisfactio pcussionis est/voluntas iusta conditoris. Que cum iniustū facere nil solet: iusta agnoscitur etiā si latet. Nam pro iniustitie pctō pcutimur: si in pcussione nostra diuine voluntati cōiungimur/mox a nostra iniustitia ipsa conuinctione liberamur. Quisquis est ia pcussionē tolerat: sed adhuc causas pcussionis ignorat: si iustū credēs bocipsum cōtra se iudiciū amplectit/coipso ab iniustitia sua iā correctus est/quo pcussum se iuste gratulatur. In vita dicta est sua deo se socians: sese cōtra se erigit: z magna est iam iustitia qō voluntati iudicis concordat in pena/ cui discrepauit in culpa. Ui igitur sanct⁹ qz in nulla deo culpa discrepauerat: quasi cuz difficultate et inter supplicia cōcordabat. Neq; enim credidit ꝙ flagella que solēt vitia extinguere: i illo sola merita augerent. Ui nūc iuste corripit: vt occultis iudicijs et nesciens subderet/eiq; dz. Nūquid irritū facies iudiciū meū: z condēnabis me vt tu iustificeris? Ac si aperte diceret. Tua quidē bene acta ꝓideras: sz mea occulta iudicia ignoras. Si ergo ex tuis meritis cōtra mea flagella disputas: quid aliud ꝙ me de iniustitia addicere te iustificando festinas? Sequitur.

¶ Capitulum. iij.

Habes brachiū sicut deus: z si voce simili tonas? Ornabumur gem⁹ btūs Iob meritis transcēdebat: cū pius ꝓditor z eruditor ad cōsiderandam similitudinē sue magnitudinis ꝓuocat: vt cognita tāta dissimilitudine/ in humilitate se ꝓmat. Sed cū in deovoz z brachiū dz: cauendū summopere est/ ne quid in eo mens corpoream suspicetur. In antropomorphitaz nāq; heresim cadere est/ eū qui incircūscripte impler z circūplectitur oia intra corporalia lineamenta cōcludere. Sed omnipotēs deus ad sua nos trahēs/vsq; ad nostra se humiliat: atq; vt alta insinuet/būilibus

Antropomorphitarū heresis

condescendit: quatenus parvulor animus rebus cognitis enutrie? ad inquirenda erurgat incognita: atq; ab eo qui lōge super ipsum est quedam iurta se audiēs quasi qui busdā ad illū passib? moueat. Vñ fit vt q̄ scriptura ī suā aliqñ a corpo ribus bolim: aliqñ a mentib?: aliqñ vero ab anib?: aliqñ eti ī ab insen satis reb? quasdā lōge dissimiles l se similitudines trahat. Plerumq; essi a corporibus hominū in se simi litudinē trahit: sicut de eo ꝓpheta ad israel dicit. Qui tetigerit vos: tangit pupillam oculi eius. Et si cut de eo rursum speranti homini per ꝓphetā dr. In scapulis suis ob umbrabit tibi. Cōstat nimirum q̄ in natura sua nec oculum deus: nec scapulas habeat: sed qz nos p oculū cernim?: in scapulis ꝙo one ra sustinem?: de? q̄ ola videat oculum habere ꝓhibetur: q̄ vero nos tolerat/atq; eoipso quo tolerat ser nat: obūbrare nobis ī scapulis dr. Vbi essi. In scapulis suis obumbra bit tibi. Aeſi diceret peccatori domini: t post peccatū venīā deprecā ti: ea pietate dñs te ꝓtegit: qua te pietate tolerauit. Obumbrat essi ī scapulis suis: qz dū portat defēdit.

D Jacob. 2.c Psal. 90.a

¶Capitulum.v.

Hiere. 2.a

ALiqñ ꝙo a mentib? in similitudinē tra bit: sicut ꝓ ꝓphetaz ad isrl dicit. Recor dat? sum tui misera tionis adolescentiaz tuā. Et rursum per sonse cōparationē loquēs ait. Et si illa oblita fuerit/ego tñ nō obli uiscar tui. Quis essi nesciat qz dei memoria nec oblivione rumpit/ nec recordatione sarcit? Qz dum aliqua deserēs ꝓtermittit/ more mētis obliuiscit dr: t cū post longuz tps que voluerit vistat/nostre mu tabilitatis cōsuetudine recordat? vocat. Quo essi pacto diminutis et? vsz oblivio dissipat: cui ipsa q̄z laudabilis memoria essentiaſr con cordat. Nulla nāq; aliq̄ aut ꝓterita aut ꝓsentia recordant. Quō ergo de? ꝓteritoz reminiscit: cuz ipsa q̄ in semetipsis ꝓtereunt/ei? mutui semp ꝓsentia assistūt. Aut quō ab sentiū recordat: dū oē qđ est/ꝙ hoc illi presto est qđ in ipso est? Qđ si ei ꝓsto nō esset oīno nō esset: naz non existētia videdo creat/existētia vi dēdo otinet. Quicquid ergo crea toz nō videt essentia subsistēdi ca ret. Aliqñ aūt ab anib? in illū simi litudo trahit: sicut ꝙ Moyses dr. Exp andit alas suas t assūpsit eos. Et sicut ꝓpheta ait. Sub umbra alaz tuaruz ꝓtege me. Qz essi nos pullos dū ꝓtegit nutrit: t dū gra ui atq; onerosa/sed leui t blāda ꝓ tectiōe nos refouet: dū suasin nos mias exerit/q̄si more sup nos auiū alas tēdit. Aliqñ insensatis rebus ꝓpter infirmitatē nr̄am alta ꝓde scensione se cōparat: sicut ꝙ ꝓphe tam dicit. Ecce ego stridebo subter vos sicut stridet plaustrū onustum feno. Qz essi fenū est vita carnaliuz sicut scriptū est. Omis caro fenū: in eo essi q̄ dns vitā carnaliū patiē/ more plaustri fenū se portari testa tur. Cui sub feni onere stridere est pōdera t iniquitates peccantiū cū querela tolerare. Cū ergo lōge dissi miles in se similitudines trahat: so lerter ītuēdū est q̄ ꝓdā talia aliqñ dicant? in deo ꝓpter effectū opis/ aliqñ aūt ad indicandā ei? substā tiā maiestatis. Nā cū in deo oculi?/ scapule atq; pes/ale nominant: effe ctus quidā opatiōis ostendit. Lux vero manus/brachiū/dextera vel vor in deo dicitur: ꝙ hec vocabula cōsubstātialia eius filij? demōstrat Ipse quippe est manus t dextera de cuius ascēsione ꝙ Moysen pa ter loquit dicēs. Tollā in celū ma nū meā: t iurabo ꝙ dexterā meam. Ipse brachiuz de quo ꝓpheta ait. Et brachiū dñi cui revelatum est. Ipse vor: qz eum pater gignendo dixit. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Et de quo scriptuz est. In principio erat verbū: t verbū erat apud deum: t deus erat verbum.

Esaie 49.b

Esaie 40.b

Amos 2.a

Esaie 40.b

Deut. 32.b. Ps. 16.c

Ps. 2.a

Ps. 103.a

Mar. 9.a

Ps. 2.b Jo.1.a

Ps. 32.b

Per hoc verbum facisse patrez ois dauid asserit dicens. Dixit t facta sunt. Deū ergo brachiū habere est/ operantē filiū gignere. Voce tona re est/cōsubstantialē sibi filiū mū do terribiliter demōstrare. Beato igitur Iob dux dicit dns. Si habes brachiū sicut deus: t si voce simili tonas/mira dispensatiōe pietatis eum dū increpat exaltat: qz eum quem sua comparatione superat/ superiorem cuncris demonstrat. Cui in hac propositione subiūgit. ¶Circunda tibi decorem: t in sublime erigere: t esto gloriosus: t speciosis induere vestibus. Subaudis vt ego. Ipse enim sibi circūdat decorem: de quo scri ptum est. Dominus regnauit decō rem induit. Ipse apud nos in subli me erigit: cum nostris mentib? in natura sua esse impenetrabilis de mōstratur. Ipse vero gloriosus est: qui dum seipso ꝑfruitur/accedētis laudis indigens non est. Ipse spe ciosis induitur vestib?: qz sanctoz angelorū chozos quos cōdidit/ in vsum sui decoris assumpsit: t velut quādā vestē gloriosam sibi eccliam exhibet/nō habentem rugam aut maculā. Unde ei per ꝓpheram dr. Confessionē t decorē induisti: ami ctus lumine sicut vestimento. Hic quippe confessionem induit/illic decorem: quia quos hic per penitē tiam confitentes fecerit/illic ful gentes per decorem iustitie ostēn dit. Luce ergo sicut vestimēto amī ctus est: quia sanctis oīb? quibus dictū est. Vos estis lux mūdi: illa eterna gloria vestiet. Unde t per euangeliū dicitur. Quia transfigu rato in monte domino: vestimen ta eius facta sunt cādida sicut nix In qua transfiguratione: q̄d aliud quam resurrectiōis vltime gloria nunciatur? In monte enim vestī menta eius sicut nix facta sunt: qz in superne claritatis culmine san cti omnes ei luce iustitie ifulgen tes adherebunt.

¶Capitulum.vj.

Sed quia speciosarū ve stium nomine iustos si bi quomodo adūngat insinuat: iniustos etiā quomodo a se dissīgat ostendat. Sequitur.

¶Disperge superbos in furore tuo. Subaudis vt ego: qui eos et tranquillitatis tpe vnitos contra me toleroz: t districtus q̄nq; vensēa in meo eos furore dispergo. Vz in ter hec solerter intuendum est/ꝙ granis perfidie error admittitur/ si forte sse quis estimet: quia illa di uinitatis substantia furoz t tran quillitas varietur. Creator namq; omniuz eo summe immortalis est: quo creature more mutabilis non est. Hinc de illo per Jacobuz dicit. Apud quez non est transmutatio nec vicissitudinis obūbratio. Hic rursum scriptum est. Tu autē do mine cum tranquillitate iudicas. Hinc ꝓpheta ait. Deserta facta est terra a facie ire colūbe a facie fu roris dñi. Ob ei irā colūbe predice rat: hoc furoē dñi subūrit. Colūba nāq; valde simplex est animal: t q̄ in deū nulla furoris inequali tas serpit: furorem dñi iram colūbe nominauit: vt enim diuine dis strictionis vim imperturbabilem demonstraret/iram dixit t colum be. Aeſi apertius diceret. Districtū iudicium inconcussus experit/ qui permaneno mansuctus iniustos punit. Unde t in extremo iudicio in semetipso incommutabilis ma neno: nulla vicissitudine ac muta bilitate variatur: sed tamē electis a reprobis nequaq; sub specie eiuſ dem incommutabilitatis ostendi tur: quia t tranquillus iustis t ira tus apparebit inimicis. Testem essi conscientiaz intra semetipsos de ferunt: vnde eorum mentes eque vnū respiciāt/sed nō equaliter mo dificētur: q̄ t istis ꝙm benignuz ostēdit ante acta iustitia/illis ter ribilē culpa. Quoz pauorē ds explī cet: cū ꝓtegit mulierē t ira se cul pas cernere: t q̄ iudicē iustū videt.

Ja.1.c

Wasp. 12.c Hiere. 25.a

Jra eo lumbe

pocnimirū quotidie in vsu pūtis vite agit: vt de ꝟitate vēturi iudicis mortalis cōcta doceant. Nā cū duo ad iudiciū pergūt: alius inocentie sibi ꝓscius: alius culpe añ p latā sniam adhuc tacentem iudicem vtriq; ꝓspiciūt: z tā culpe debitor grauē ꝫ se iram bocīpm iudicis silentiū suspicat. Quā irā sibi nō denūciat pturbatio iudicis/sz recordatio prauitatis. Qz etsi adhuc foris reū snia nō clamat/intꝰ tñ grauiter cōsciētia accusat. At ꝫ iustitie amicos decernētis vultum ꝓspicit: sz intus de testimonio bone recordationis hilarescit: z quo apud se qō metuat nō hz/omne qō erga semetipm est blanduz videt. Hoc itaq; loco furor dñi ōr: nō perturbatio diuine substātie/ sed sup peccatores male sibi cōscios examinatio iuste vidicte. Quāuis em̄ eū trāquillū in iudicio videāt: tamen qz feriēdos se ab illo non dubitant/eum in suis moribus pturbatū putant. Sequit. ¶Et respiciens omnē arrogantē humilia. Acsi dicat vt ego. Apte autem ad vindicte ordinem arrogantib⁹ superbor culpa ꝓponitur: qz nimirū nō superbia de arrogātia/ sed generatur arrogantia de superbia. Duobus autem modis a dño peccatorꝫ vnusquisq; respicitur: cū aut a pctō cōuertitur/aut ex pctō punitur. De respectu em̄ cōuersionis ōr. Quia respexit dñs Petrū: z recordatus Petrus verbi ihesu fleuit amare. De respectu vltiōis rursus dicitur. Vultus autem dñi super faciētes mala: vt pdat de terra memoriam eor. Utriq; añt modis in humilitate arrogans sternitur: qz aut penitendo cognoscit culpam: aut perēndo percipit penam. Sequitur.

¶Capitulum. vñ.

Respice cunctos superbos/z cōfunde eos: z contere impios in loco suo. Subaudis vt ego. Supbi em̄ ex respectu dñi cōfundunt: aut dū de pierate dñi cognoscentes/z amantes crimina/aut illic supplicis de iustitia sentiētes. Impiorum vero locus ipsa supbia est: qz cum scīpsū sit. Initiū oīs peccati supbia: vnde oritur impietas/ ibi continetur supbia: quis nec q̄q̄ a supbia distat impietas. Valde em̄ supbire est impia de auctore sentire. Impius ergo in loco suo conterit; qz ipsa superbia qua eleuatur opprimit: cūq; efferendo se in cogitationibus erigit/lumē ibi iustitie qō inuenire debuisset abscondit. Sepe añt dñ contra deū falsa gloria exterius pficit/vera miseria interius inanescit. Añ ppheta ait. Decreuisti eos dñ alleuarent. Non em̄ ait: deiecisti eos postq; eleuari sūt/ sed dñ alleuarent: qz bocīpm fit superbis interius deici/qō eis falsa cōtingit gloria exteri⁹ eleuari. Ordināte añt diuino iudicio/nō eis hic aliud culpa est/atq; aliud pena sed sua illis in pena vertitur culpa: vt elatis fastu supbie: bocīpm sit vere intus cadere qō foris ostenditur pfecisse. Sequit. ¶Abscondе eos ī puluere simul: z facies eorum demerge in foueā. Acsi dicat vt ego. Supbos em̄ atq; impios iusto iudicio dñs in puluere abscondit: qz eorū corda ipsis quę despecto amore creatoris eligunt/ terrenis opprimi negatis ꝓmittit. Añ z illos vitā cū in extremo iudicio discutit: tanq; sibi absconditaq; nō agnoscit dicens. Nescio q̄ estis. Vita prauoꝝ sub puluere absconditur: qz abiectis z infimis desiderijs grauat. Quisquis ei adhuc ea q̄ mūdi sūt appetit: añ añ faciē veri luminis nō apparet: qz nimirū sub puluere terrene cogitatiōis latet. Hinc prauaꝝ cogitationū puluerē oppressa mēs tolerat: quē vētus nequissime tētationis apportat. ¶Vñ Inc est em̄ qō de vna q̄q̄ alia terrenis desideriis aggrauata: sub ephraim specie ꝓphetam ōr. Factꝰ est ephraim panis subcinericius qui nō reuertatur. Ex natura q̄ppe bene condita est nobis intentio ꝰsurgat in deū: sed ex cōuersatione nequiter assueta inest voluptas q̄ ꝓsens ꝓmat in seculum. Panis añt subcinericꝰ recta pte est mūdior quaz inferius occultat: atq; ex ea parte sordidior qua desuper cinerem portat. Quis quis ergo intentionem qua deum debuisset q̄rere negligit: quasi more panis subcinericꝰ mūdiorē partem inferius premit: z cū curas seculi libenter tolerat/quasi congestum cinerē supius portat. Reuertatur añt panis subcinericius: si desiderioꝝ carnaliū cinerem repelleret: intentionem q̄z bonā quā in se dudum despiciendo oppresserat supius ostēderet. Sed reuersari renuit: cum mens amore curarū secularium ꝓssa: molem supposite cineris abiicere negligit: dū q̄z assurgere in intentione bona nō appetit: quasi mūdiorem faciem subter ꝓmit. Apte subiungit. Simul z facies eor demerge in foueā. Acsi dicat vt ego. Justo n̄q; iudicio supboꝝ facies dñs in foueam mergit: qz intentionem cordis eor sese vltra oēs erigentem inferi⁹ deiicit. Ima em̄ respicit cuius facies foueā attendit. Et bene de supbis ōr q̄ eor facies in foueā demergunt: qz ima petūt dū supbiendo altiora appetūt: z quo magis extolle do se erigūt/eo magis ruendo inferius tendūt. Terrenā quippe gloriam querūt: z infima sunt q̄ ꝓspiciunt/dum supbiendo alta sequūtur. Unde miro q̄ diuerso mō res agitur: vt humiles celū petant/dū se inferius deiciunt: superbi infima appetant/dum despiciēdo cetera quasi in altioribus extollunt. Isti se dū despiciūt celestib⁹ iungūtur: illi dum se erigūt/a supioribꝰ diuidūtur: atq; (vt ita q̄ dixerim) illi se eleuantes deprimūt/ isti deprimentes leuant. Et bene de supbientibus per psalmistam ōr. Humiliat autem petōres vsq; ad terrā: qz ea q̄ infra sunt ambientes: dum extollendo se erigunt/amisso celo q̄d aliud q̄ terrā petunt? Quibus bocīpm iam nimis cecidisse ē relictis superioribus ima quesisse. Recte ergo eor facies in foueā demergi phibent: qz sequentes infima ad inferni baratrū tendūt. Iusto em̄ iudicio agitur: vt quos hic voluntaria auersio excecat/illic ab intuitu veri luminis digni suppliciꝫ foueā abscondat. Igitur qz vir sctūs tanto diuine potētie terrore discussus est/vt ei diceretur. Si habes brachium vt deus: et si voce simili tonas: z disperge superbos in furore tuo/respiciens oēm arrogantem humilia et cetera: q̄ deus q̄dem facere/sed homo vir sufficit audire: cuncta hec qua dño intentione ꝓmiserit/fine subdite cōclusionis ostendit dicens. ¶Ca. ir.

Ego confitebor q̄ saluare te possit dextera tua. Acsi apte diceret. Si potes terribilia b facere ipse q̄ ptulit: tibi z nō mihi deputa omīa bona que feci sti. Si vero peccantes alios respiciendo nō potes ꝑdere/liquet q̄ a reatu neq̄tie tua te nō vales virtute liberare. Ecce diuina voce ad beatum Iob ōr: q̄ sua dextera nō saluet: et tamen nōnulli hominū qui ab bius viri viribus longe sunt despecto dei adiutorio/sua se fortitudine saluari posse confidunt. Pro q̄bus quid deprecari aliud debem⁹ nisi vt si iam dona bonoꝝ operum perceperint: hoc quoq; donum accipiant/ vt a quo hec acceperint discant? Qz autem ꝓmissis verbis dño potentiam sue magnitudinis intulit: nunc in subsequētibus nequitiam antiqui hostis ostendit vt bonus famulus: z auditis ꝓ virtutibus dñi sciret q̄tum diligeret: z cognita post calliditate diabolī disceret q̄tum timeret. Vñ dī z ꝑ ꝓphetam ōr. Leo rugiet: quis nō

Osee. 7 c.

Panis subcinericꝰ d

Eccli. 10. b.

b. 7. d.

c

e

Amos 3. b.

timebit? Dñs deus locutus est: qs non prophetabit? Postq̄ enī virt⁹ ei sui p̄ceptoris innotuit: nequaq̄ illum vires aduersarij latere debuerūt: vt eo magis ⁊ defensori suo se humilius subderet/quo hostis sui nequitias subtilī⁹ agnouisset: protector. q̄ suum tanto ardētius ḡhet/q̄to terribiliorē hostē agnosceret quē vitaret. Certū ąppe est: qz minus diligit creatorē suū qui minus intelligit periculū qō euasit: ⁊ vite. solatiū deputat defensoris/q̄ virtutem aduersarij debitē putat.

Cū hī creptionē suā dño tribuēs ꝓpheta dicebat. Diligā te dñe fort⁹ mea: aptē vez dicēs: eo te magis diligo: quo ifirmitatē p̄pria sentiēs/ virtutem meam te esse cognosco.

Hinc rursum ait. Mirifica misericordias tuas qui salvos facis sperantes in te: q̄ tūc nimirū misericordie dñi mire apd nosmetipsos qui eripimur fiunt/ cum casdē misericordias q̄ grauia fuerunt pericula q̄ euasimus agnoscim⁹. Et qz sermone p̄cedenti dñs beato Job mira opera sc̄oꝝ sequentiū patefecit: vt dīs auditis diceret deh̄ruī suaz culpe q̄ humilia sentire debuisset: nūc ei cū q̄ hoste bellū gerat ostendit/⁊ vires fraudesq̄ illius subtilī⁹ indicat: vt q̄ ad colloquiū anctoris sui perducī⁹ est/ argumēta aduersarij sperte cognoscat. Verbis enī sequētib⁹ fidelī famulo dīs cūctas hostis callidi machinationes insinuat: omne qō oppugnando rapit: omne quod insinuādo circūuolat: omne qō minādo terret: omne qō suadendo blandit: omne qō desperando frangit: omne quod p̄mittendo decipit. Cūcta ergo creatōris sui cernentia cōtemnitur dicēs. Ecce behemoth quē feci tecum. Capi. xl.



Behemoth.

Hem sub behemoth nosce nisi antiquum hostē insinuat/qui interp̄tatus est bestia vocē latina lingua animal. sonat. Cui⁹ inferius dñs malitia subdit/patenter p̄sona monstrat. Sed cū de oc̄o scriptū sit qz fecit oīa simul: cur b̄ata cū homine fecisse se indicat/ dum cūcta qz simul fecerit cōstat? Rursum querendū est/ quō de⁹ cūcta simul condidit: dum Moyses seq̄ dierū mutatione variante distincte creata describat? Quod tā citius agnoscimus si ipsas causas originū subtiliter ꝛdagam⁹. Rerū quippe substātia simul creata est: sed simul species formata non est ⁊ quod simul extitit p̄ substantiam materie nō simul apparuit per speciē forme. Cū ei simil factū celū terraq̄ describit: simul spiritalia atq̄ corporalia/ simul quicquid de celo oritur: simul factū quicq̄d de terra p̄ducitur indicat. Sol ꝺo luna et sidera quarto die in celo facta p̄hibent: sed qō quarto die p̄cessit in specie primo die in celi substantia extitit p̄ cōditionē. Primo die creata ꝺr: ⁊ tertio arbusta cōdita ⁊ cuncta terre virentia describunt: sed hoc quod die tertio se in specie p̄tulit nimirū primo in ipsa die de qua ortū est terre substantia p̄diit fuit. Hinc est q̄ Moyses ⁊ distincte per dies singulos p̄dita oīa retulit: ⁊ tū simul oīa creata subiunxit dicens. Iste sunt generationes celi ⁊ terre q̄n̄ create sunt in die q̄ fecit dñs celum ⁊ terrā/ ⁊ omne virgultum agri anteq̄ oriret in terra oēmq̄ herbā regionis. Qui enī diuersis diebus creatū celū ⁊ terrā virgultū herbāq̄ narraverat: huic vno die facta manifestat: vt liquido ostenderet/ q̄ creatura ois simul p̄ substātiam extitit/ cui⁹ nō simul p̄ speciē p̄cessit. Hinc illic q̄ scriptū est. Creauit deus hominez ad imaginem suam: ad imaginē dei creauit illum/ masculum ⁊ feminā fecit eos. Necdum enim eua facta describit: ⁊ tā hō masculū q̄ femina p̄hibet. Sed qz erat adhuc latere p̄cultor dubio femia erat p̄cessura: huius tā p̄pria per substātiā/ a q̄ fuerat p̄ducenda per formam. Considera-

Quō fer dicēs bē oēs fuisse creatas intelliḡntur.

re tamen hoc ⁊ in minimis possumus/ vt ex minimis maiora pensemus. Verba nāq̄ cum creatur: necdum in illa fructus sui semen ostenditur. Inest vero ei etiam cū non apparet fructus ⁊ semen: qz nimirū simul sunt in radicis substantia/ q̄ non simul p̄dēūt p̄ tēporis ꝛcremēta. Ex qz hec simul creata p̄ substantiā dicimus/ q̄ p̄dire alia ex alijs inuenimus: quo pacto cū beato Iob behemoth creat⁹ asserit: cū neq̄ vna sit substātia angelī ⁊ dominis: neq̄ homo ex angelo neq̄ angel⁹ ex hoste p̄berat. Si ꝺo ꝓpter hoc fact⁹ behemoth cū beato Job dicitur: q̄ creatura omnis ab auctore/ q̄ in actione sua nequi q̄ temporis p̄tēlation e distenditur/ simul condita non dubitatur: cur de behemoth specialiter dicit/ quod commune cum creaturis omnibus generaliter habetur. Sed si rerum causas subtili discussione pensamus/ simul angelū factū hominemq̄ cognoscimus: simul videlicet non vnitate temporis/ sed cognitione rationis: simul per acceptam imaginem sapientie: ⁊ nō simul per coniunctā substantiam forme. Scriptū nāq̄ de homine est. Faciamus hominem ad imaginem ⁊ similitudinem nostram. Et per Ezechielem ad sathan dicitur. Tu signaculum similitudinis: plenus sapiētia ⁊ perfectus decore: in deliciis paradisi dei fuisti. In cuncta igf creatura homo ⁊ angel⁹ simul cōditus extitit: quia ab omni creatura irrationabili distinctus p̄cessit. Quia ergo in cuncta conditione rerum nullus rationale animal nisi angelus ⁊ homo est: quicquid ratione vti non p̄t / cum homine factū non est. Dicatur itaq̄ hominī: dicat de angelo: q̄ etsi potentia sublimitatis p̄cidit/ subtilitatē tñ nature rationalis nō amisit: ecce behemoth quē feci tecū/ vt duz hō eū qui in rone secū fact⁹ est p̄cisse cōsiderat/ vicinū sibi casum subbie ex ipsa propinqui sui perditio ne pertimescat. In his autem verbis soleter intuendū est quod apte voce dominica nefarium manichei dogma reprehenditur: qui duo principia loquitur: tenebrarū gentem non factā asserere conat. Quō esse non facta gens nequissima ꝺr: dum behemoth istum videlicet auctorē nequitie per naturā bene conditus se dominus fecisse testatur? Sed quia behemoth iste cum quo sit factus audiuimus: ꝓditus quid agat audiam⁹. Sequit

Fenus sicut bos comedet. Si prophetarum sollicite verba discutimus: hec ⁊ illa duo vno spū prolata reperimus. Esaias nāq̄ cū cerneret vitā peccantiū / ab antiquo ⁊ insatiabili hoste deuorari ait. Leo sicut bos comedet paleas. Quid autem feni palearumq̄ nisi carnalium vita signat? De qua ꝓ propheta ꝺr. Ois caro fenum. Qui ergo bic behemoth/ illic leo: q̄ hic fenum illic palee nominantur? Ex perscrutari meno nititur/ cur iste vel apud Esaiam leo/ vel hic domines voce bebemoth in comestatione feni vel palee vtroq̄ loco/ non eque sed boui comparet. Qō tamē citius agnoscim⁹/ si in vtriusq̄ animalibus que sit nutrimentoꝝ distantia perpēdamus. Equi nāq̄ fenū q̄libet sordidum comedunt: aquā ꝺo nō nisi mundā bibūt. Boues autem aquā q̄libet sordidā bibūt: sed fenū nō nisi mundo vescūtur. Quid est ergo q̄ boui q̄ mūdo pabulo pascitur behemoth iste cōparat: nisi hoc qō deisto antiquo hoste per ꝓphetam alium ꝺr: Esca eū ei⁹ electa. Neq̄ esse se cos gaudet rapere: quos pranis ac sordidis actiōibus implicatos in imis secum respicit voluntarie iacere. Fenum ergo comedere sicut bos appetit: qz suggestionis sue dente conterere mundam vitam spiritalium q̄rit. Sed q̄rendū video q̄ño behemoth iste fenum sicut bos comedens/ ⁊ vitam spiritalium consumere dicit: si sicut supra dictum

Diabolus comedit fenū sicut bos. Diabolus comedit paleas sicut bos. Esaie. 40.b. L

Machinationibus diabolī.

textus

Behemoth.

Natura Angelis ⁊ homini.

Hoste.

Ezech. 28.c.

B

B

cū: seni nolē vita carnaliū designatur: esca ḡs eius electa iaz nō erit/ si fenū comedens carnales rapit. Sed ad hec citius occurrit: q nōnulli boīm z apud deū fenū sunt: z apud boues sanctitatis nolē censēri: cum z ante humanos oculos aliud ostendit vita: z ante diuina iudicia aliud intendit cōscientia. Dī itaq; apud hūana iudicia electi sunt: ḡs apud subtile dīi examen fenū. An ante diuinos oculos saul fenū non erat: De Samuel ꝓpheta dicebat. Certe videtis quem elegit dīs: z de quo paulo superi⁹ dicitur: electus z bonus. Quē effi pec cans populus meruit/ z apud deū reprobus extitit: z tñ causarū ordine electus z bonus fuit.

¶ Capitulū. xj.

Ecclꝰ. 8.b

Via multi fenū sūt z electos se ex hūana estimatione suspicā tur: hū ꝑ Salomonē dr. Vidi impios sepultos: q etiā duz adhuc viuerent I loco sancto erant: z laudabant in ciuitate quasi iustoꝝ operū. Qr multi fenū sunt: sed tamē sanctitatis fauore fallunt: hū quidez sapiens indicat dicens. Trāsi bospes z orna mēsam. Trāseūdo nāq; bospes

Eccli. 29.b

ornare mēsaz dr: q; si ad altare dei quis positus per bona opera gliaz ꝓpriā ḡrit: z de ostētatione sanctitatis ei⁹ laus altaris extēdit: z ipe tamē apud deū in numero ciuiuz nō habet: alīs eius opinio ꝓficit/ z tamē a deo extraneꝰ ipse ꝓtransit. Mēsam itaq; transeundo deo rant: q; stare ad sacra noluit/ q ꝑ omnē q̄ agere studuit ad hūanas laudes mēte decurrit. Qr ergo nōnulli mūdi quidē vitā per studiū ducūt: ḡs ex illa int⁹ placere nō appetūt: recte z esca ei⁹ electa dr: z tñ fenū sicut bos cōedere behemoth iste ꝓhibet: quasi effi ante os bebemoth istiꝰ mūdi fenū in terra atq; in infimis iacet: cū z vita ḡsi innocens ꝑ mandatoꝝ custodiā agit: z tñ inter actionē q̄ bona ostendit/ cur ad appetēda sublimia nō leuatur? Quid itaq; utilitatis agit qui in se mundicīā vite custodit: si per intentionē infimā l ore bebemoth huius inueniendū se in terra deserit? Qr igit omnipotēs deꝰ q̄d hostis noster agat insin nat/ nunc quō ꝓualeat innotescit: vt callidi tatis eius nequitia quo apertius cognoscit/ eo facilius superetur. Fortitudo eius in lumbis ejus: z virtus eius in vmbilico ventris ejus. Seminaria coitus viris in lumbis esse: messe autem feminis in vmbilico perbibētur. Hinc est effi q̄ veritas discipulis dicit. Sint lūbi vestri precincti

Luce 11.b

1. Pet. 1.c

hinc petrus cum luxuriā a corde restrigeret admonebat dicēs. Succincti lumbos mētis vestre. Hinc Paulus cū per abrae sacrificium Melchisedech leui tēpore sacerdotiū diceret decimatū: vbi tunc in abrae corpore leui lateret ostēdēs ait. Adhuc enim in lumbis patris erat. Quia vero seminariū luxurie feminis in vmbilico cōtinet ꝓpheta testat: qui sub specie feminē prostitute iudee petulantiaz increpans ait. In die ortus tui non est

Ezech. 16.a

ꝓscisus vmbilicus tuꝰ. In die q̄ ꝑpe ortus vmbilicū ꝓscidere est cōnersionis tpe carnis luxuriā resecare. Quia effi difficile est mala inchoata corrigere: z semel formata deformiter in melius reformare: de ortu suo iudea reprehenditur: que dum in deo nata est/ imperfectum vmbilicū retinuit: q; flura luxurie non abscidit. Qr igit potestate diaboli virtusq; generis serus valde ex luxurie infirmitate substernit: z fortitudo eius in lumbis contra masculos/ z virtus illi⁹ contra feminas in vmbilico ꝓhibet.

¶ Capitulum. xij.

Sed cur cuz bebemoth istū fenū comedere intulit: prima deceptionis ei⁹ argumēta luxurie dāna subiūxit: nisi quod liquido oībus patet: q; postq̄ semel hominis spiritum superbia ceperit/ mox se ad corruptionem carnis extendit. Dō in ipsis ḡs hominibus primis agnoscimus: q̄ dum post ꝑpetrata superbiā pudenda mēbra cōtegunt/ patenter indicarūt q; postq̄ apud semetipsos int⁹ arripere alta conati sunt/ mox I carne foris erubescēda ꝓtulerūt. Bebemoth itaq; iste insatiabiliter seuiens: z denozare totum simul hominē ḡrens: modo in superbiā mētē erigit/ modo carnē in luxurieve luptate corrumpit. Bene aūt neq; fortitudo ei⁹ in lumbis vel vmbilico eoz dicitur: q; ꝓterhunt: ḡs fortitudo ei⁹ in lumbis ei⁹: z vires illius in vmbilico ventris ei⁹. Ac si aperte diceret. Fortitudo eius in lumbis suis: z virtus illius in vmbilico ventris sui: qui nimirū eius ꝓprie corpus fiunt qui suggestione turpiū blandimētis decepti ei ꝑ luxurie flura succūbūt. Sequit.

¶ Stringit caudam suam quasi cedrum. Multa i bis supponūt que instruendis moribus proferā tur: sed prius bebemoth istius violenta discutim⁹: vt post subtilius astuta deregam⁹. In scriptura sacra cedri nolē aliquando alta excellentia glorie celestis exprimit: aliquando aūt prauoꝝ rigida elatio designat. Cedri nomie celestis gloie celsitudo exprimit: sicut pōtestatur. Justus vt palma florebit: vt cedrus libani multiplicabit. Cedri rursus nomine superba prauorum potentia designatur: sicut per eundē dr. Qr domini confringētis cedros. Quid autem cauda bebemoth istius nisi illa antiqui hostis extremitas dicitur/ cum nimirum vas ꝓprium illum perditū hominem ingreditur/ qui specialiter antichristus nuncupatur? Quia quia modo honozib⁹ seculi: modo signis z ꝓdigijs ficte sanctitatis i tumorem potentie elevari permittitur: recte voce dominica cauda illius cedro cōparatur. Sicut est cedrus arbusta cerera in altuz crescendo deserit: ita nunc antichristus mūdi gloriaz temporaliter obtinens: mensuras hominum z bonoria culmine z signoꝝ potestate transcendit. Spiritus quippe in illo est qui in sublimibus cōditus/ potentiam nature sue nō perdidit vel delectus. Cuius idcirco virtus nunc minime ostenditur: q; dispensatione diuine potentie ligatur. Unde per Joannem dicit.

Apoc. 20.a. b

Vidi angelum descendentem de celo habentem clauem abyssi: z catenam magnam in manu sua: et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus: z satbanas: z ligauit eum per annos mille: z misit eum in abyssum: z clausit z signauit super eū. Ligatus q̄ppe missus in abyssum perhibetur: q; retrusus in prauoꝝ cordibus potentia diuine dispensationis astringitur/ ne in tñ nocere valeat esse negetur: vt q̄nis per eos occulte seniat/ ad violētas tñ rapinas superbie non erumpat. Sed illic quō in fine mūdi sit soluendus intimat/ cum dr. Et postq̄ cōsummati fuerint mille anni: soluet satbanas de carcere suo: z exibit z seducet gētes. Millenario nāq; numero vniuersum pro perfectione sua hoc q̄ tumliber sit ecclesie sancte tempꝰ exprimitur. Quo peracto antiquꝰ hostis suis viribus traditus: pauco quidē in tēpore/ ḡs in multa cōtra nos virtute laraē. Quē q̄nis se uitia ad crudelitatē dilater: superna tñ misericordia dierum brenitate coangustat. Hinc enim q̄nis

Matt. 24. b

p semetipsam dicit. Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo/ neq; fiet.

Ibidē

Hinc rursum ait. Nisi breuiati fuissent dies illi: non fieret salus oīs caro. Qr effi z superbos nos z infirmos dīs conspicit: dies quos singulariter malos intulit/ miseri corditer breuiatos dicit: profecto vt z superbiā terreat de aduersitate tēporis/ z infirmitatem refoueat de

dzentare. ¶Capitulum. xiij.

